acq̄euerit. de filio ꝑditiōis filiū faciet heredē
glīe. Cuiꝰ figura hr̄ Gen̄. xxvij. vbi Rebec/
ca dedit Jacob filio ſuo ꝯſiliū de habēda here
ditate ꝓmogeniture. vide ibi hiſtoriā. Per
Rebeccā nāq̄ȝ q̄ interp̄tat̄ mlt̄ū accepit .ſigni
ficat̄ b. v̄go Maria .q̄ ſup om̄es alios pluſ
grē accepit. cui dr̄ illō Proū. xxxj. Tu ſuper
greſſa es vniūſas. Per p̄rem Jacob Jſaac q̄
interp̄tat̄ riſus: ītelligit̄ xp̄s diſpēſatoꝛ here/
ditat̄ ſupne. Sȝ nota ꝙ hec hereditas debet̄
ſctō ⁊ iuſto. de q̄ inq̄t deꝰ ꝑ pſ̄. Et ego ꝓmoge
nitū ponā illū ⁊c̄. Per Jacob āt lenē. i. poli/
tum. ītelligit̄ pctōꝛ v̄tutibꝰ ſpoliatꝰ. Jgitur
hec pijſſima mr̄ cupiēs hūc pctōꝛē ducere ad
pn̄iam ⁊ ad hereditatē celi obtinēdā: dicit ei
Audi ꝯſiliū meū fili mi. iux̄ illō pſ̄. xxxiij. Ve
nite filij audite me. poꝛta inq̄t duos edos. ſ.
ꝯtritiōem ⁊ ꝯfeſſiōȝ. ⁊ ego eos igne charita/
tis decoquā. dabiſq̄ȝ eos pr̄i tuo xp̄o vt tibi be
nedicat an̄ moꝛtē. Sȝ r̄ndet pctōꝛ. Ego ſuȝ
lenis. ſ. ſenſualitatibꝰ ⁊ delicijs. ⁊ ſpoliatꝰ v̄tu
tibꝰ ac merit̄. Qui v̄o hereditatē ꝓmogeni
ture vult obtinere dȝ eſſe piloſus. i. v̄tutibuſ
plenꝰ. cognoſcet ḡ me pctōꝛē ⁊ ſine v̄tutibuſ
ac maledicet mihi. Sȝ ꝯfoꝛtat eum mr̄ ſua. ⁊
ſic eiꝰ ꝯſilio obediēs: ꝑgit ad gregē fidelium
⁊ rediēs ad p̄rem xp̄m tāgit̄ ab eo. Qui inue
niens eū veſtitū v̄tutibꝰ ꝑ hūilitatē: ⁊ hn̄tē
manū piloſam ꝑ effectū boni opis: dic̄. Vox
q̄dē vox Jacob eſt: ſȝ manꝰ manꝰ ſunt Eſau.
ac ſi dicat. Vox q̄ intonuit ꝯ te ꝑpt̄ pctā tua
erat vox peccātis. ſȝ manꝰ tua videt̄ manꝰ iu
ſti. ⁊ ſic nō cognoſcit ipm̄. qꝛ ipe ait Ezechiel
xviij. Jn q̄cūq̄ȝ hoꝛa īgemuerit pctōꝛ: oim̄ ī/
iquitatū eiꝰ q̄s opatꝰ fuerat non recoꝛdaboꝛ.
Bn̄dicit ḡ eū in roꝛe celi ⁊ pinguedīe terre.
tribuēs h̄ ei grām ⁊ ī futuro glīam. Quia igi
tur bonū eſt ꝯſiliū mr̄is nr̄e: ad illā recurrere
debemꝰ. Vn̄ Bern̄. in q̄dā ſmōe ait. O pec/
catoꝛ: ſi ad maieſtatē filij dei nō audes accede
re vt nō liqueſcas quaſi cera a facie ignis: va
de ad mr̄em miſcdie ⁊ oñde illi tua vlcera. et
filius oſtendet pr̄i latꝰ ⁊ vulnera. Pr̄ nō ne/
gabit filio poſtulāti. nec filiꝰ negabit mr̄i īter
pellāti. nec mr̄ negabit pctōꝛi ploꝛāti. hec ille
Jpſa cm̄ ſēꝑ ꝑ nobis oꝛat ſuū dilectiſſimū fi/
lium. De cuius parturitiones tres ꝯſidera
tiones faciemus.
Prima dicet̄ appellationis.
Secūda meritationis.
Tertia v̄o filiationis.
¶ Pars ꝓma huiꝰ ſermonis que dicit̄ ap/
pellationis.

Ro expeditiōe huiꝰ ꝑtis querit̄. nū/
q̄d btā v̄go ꝑ eo ꝙ pepit dn̄m nrm̄
Jhm̄ xp̄m v̄e appellāda ſit mat̄ dei.

Q, maria ſit vera mr̄ dei

Et r̄ndet Ric. nr̄ in. iij. di. iiij. ar. ij. ꝙ btā v̄/
go vere appellāda eſt mr̄ dei. qꝛ oīa q̄ req̄run
tur ad rōem maternitat̄ fuerūt ī ipa reſpectu
Jhu xp̄i. vn̄ ſic̄ xp̄s dr̄ verꝰ filiꝰ v̄gis. ita ipa
dr̄ eiꝰ v̄a mr̄. ꝓmū pȝ Lu. j. cū ei dixit angelꝰ
Paries filiū ⁊c̄. Et Lu. ij. dr̄. pepit filiū ſu/
um ꝓmogenitū. ⁊ ī eodē. c. etiā hr̄. ꝙ btā v̄go
dixit dn̄o Jhu xp̄o. Fili q̄d feciſti nob ſic̄.
Scd̄m v̄o pȝ Mat. ij. vbi angelꝰ dixit Jo/
ſeph. Accipe puez ⁊ mrē eiꝰ. ⁊ Lu. ij. dr̄. Di
xit mr̄ eiꝰ ad illū ⁊c̄. ⁊ Joh. ij. ſcp̄tū ē. erat mr̄
Jeſu ibi. Jō Joh. damaſcenꝰ inq̄t. Theoto/
con v̄e ſctām mariā p̄dicamꝰ v̄ginē. ⁊ ī. c. Cy
rilli approbat̄ ī epheſina ſinodo dr̄. Si q̄s
nō ꝯfitet̄ ſctām v̄ginē genitricē dei: anathēa
ſit. Et ſancta mr̄ eccl'ia in diuīs officijs illam
ſic crebro noīat. vn̄ in officio miſſe induc̄ ꝑn
cipium cuiuſdā ſalutatōnis Sedulij poete
q̄ ait Salue ſancta parēs enixa puerpa regē
Qui celū terrāq̄ȝ regit ꝑ ſecula: cuiꝰ Numen
⁊ eterno cōplectens omnia giro. Jmperiū ſi
ne fine manet. q̄ vētre btō Gaudia mr̄is ha
bens cū v̄ginitatis honoꝛe. Nec ꝓmā ſilem
viſa es nec hr̄e ſequentē. Sola ſine exemplo
placuiſti femīa xp̄o. Et iteꝝ. Virgo dei geni
trix quē totꝰ nō capit oꝛbis. Jn tua ſe clauſit
viſcera factus hō. Jn eadē etiam miſſa canit
eccl'ia. Poſt partū virgo inuiolata ꝑmāſiſti:
dei genitrix intercede ꝑ nobis. Et in veſpert̄
Aue maris ſtella dei mr̄ alma. Et ī ꝯpletoꝛio
Sub tuū p̄ſidiū ꝯfugimꝰ ſancta dei genitrix
Et ī letanijs. Sctā dei genitrix oꝛa ꝑ nobis.
Si ei eiꝰ filiꝰ nō fuiſſȝ deꝰ ⁊ hō. quō. xl. die/
bꝰ ſteriſſȝ ī deſto ſine coꝛpali cibo: Mat. iiij.
⁊ ſup vndas maris ſiccis pedibꝰ ambulaſſȝ
Matth. xiiij. ⁊ ꝑpria v̄tute reddidiſſet ceco
nato viſum. Joh. ix. ⁊ quadriduano moꝛtuo
vitā. Joh. xj. ⁊ faciē ſuā in ſolis claritatē trāſ
foꝛmaſſet ī trāſfiguratōe. Mat. xvij. ⁊ furē/
tes iudeos ⁊ Pylati milites vnica voce ad
terrā ꝓſtraſſet. Joh. xviij. ⁊ quō proximus
moꝛti tam foꝛtiter clamaſſet vt petre ſcinde/
rentur. Matth. xxvij. Et iō filio v̄ginis dr̄
Jſa. xlv. Vere tu es deus abſcōditꝰ. Meri/

to igiť gl'ioſa dꝛ ꝯcepiſſe ⁊ ꝑpiſſe deū ¶ Qua
Quō il/ la ſit ꝟ̄ga. Maria eſt mr̄ dei — re aũt hec ſit ꝯueniēs ⁊ ꝓꝑa locutō: declarat ſ.
Bonauē.in.iij.di.iiij.⁊ b.Tho.i.iij.parte.q
xxxv.ar.iiij.qꝛ oē nomē ſignificās in cõcreto
naturā aliquā: pōt ſupponere ꝓ q̄libet hypo
ſtaſi illꝰ nature. Cū aũt vnio incarnationis
ſit facta ĩ hypoſtaſi: manifeſtū eſt ꝙ h̄ nom̄ de
us pōt ſupponere ꝓ hypoſtaſi hn̄te humanā
naturā ⁊ diuinā. ⁊ iō quicq̄d ꝯuenit diuine
nature ⁊ humane pōt attribui illi ꝑſone ſiue
hypoſtaſi. ſm̄ ꝙ ꝓ ea ſupponit nomē ſignifi/
cans humanā naturā. Cōcipi aũt ⁊ naſci per
ſone attribuiť ⁊ hypoſtaſi ſm̄ naturā illā in q̄
ꝯcipiť ⁊ naſciť. Cū ḡ in ip̄o ꝑncipio ꝯceptio/
nis fuerit humana natura aſſumpta a diuia
ꝑſona: ꝯueniens eſt ꝙ vere poſſit dici deū eſſe
ꝯceptū ⁊ natū de ꝟ̄gine. Ex h̄ em̄ dꝛ aliq̄ mu
lier alicuꝰ mater. qꝛ eū ꝯcepit ⁊ genuit. Qua
re ⁊ btā ꝟ̄go vere dꝛ mater dei. nō ꝙ ſit mr̄ di
uinitatis. ſꝫ qꝛ ꝑſone hn̄tis diuinitatē ⁊ hu/
manitatem eſt mater ſm̄ humanitatē. ⁊ ideo
dꝛ mater dei ꝓpter cõmunicationē idiomatū
Et ita exponi debent verba que ponit Augꝰ.
in li. de eccleſiaſticis dogmatibꝫ di. Natꝰ eſt
ſm̄ veritatē diuine nature ex deo dei filꝰ. na/
tus eſt ſm̄ veritatē hūane nature ex hoīe ho
minis filꝰ. vt nō adoptōe. nō appellatōe. nō
nūcupatōe: ſꝫ natura ĩ vtraqꝫ natiuitate na/
Q
Q, ma/ ria ſit ꝟ̄ga ⁊ natura liſ mr̄ xp̄i — ſcēdo filij nomē hr̄et. Hec ille. ¶ Fuit ḡ ꝟ̄go
ſctiſſima vera ⁊ naturalis mr̄ xp̄i. qđ ꝓbať ex
dictis b. Tho. in. j. pte ſum. q. xxvij. ⁊ in. iij.
pte. q. xxxij. ar. iij. Nā ad rōnem ꝟ̄e paterni
tatis vel maternitatis ⁊ filiatōis ꝯcurrūt ꝑ
cipue tria. Primū ē generatio viuētiū. vt vi
uū generet viuū. ⁊ ꝓpterea qꝛ ignis generāſ
nō eſt qđdā viuēs. nō dꝛ pr̄ aut mater ignis
generati. Scōm eſt collatio ſb̄e. Naꝫ faber
lignoꝝ nō dꝛ pater ſcamni: aut cuiuſlibet al/
terꝰ artificij qđ ip̄e fabricat. qꝛ nō cõicat ſibi
ſb̄am ſuā. Tertiū eſt materie ꝑparate admi/
niſtratio. ꝓpterea terra nō dꝛ ꝓprie mr̄ hoīs
qꝛ eſt materia remota. Quartū ꝟ̄o addi pōt
quod eſt aſſimilatio in natura ſpecifica. Iō
capillus ab hoīe generatꝰ nō dꝛ filius hoīs.
qꝛ nō aſſimilať hoī ſpecifice. Cū ḡ beata vir/
go viuēs genuerit xp̄m viuentē. cõicaueritqꝫ
ei corpulentā ſb̄aꝫ. adminiſtraueritqꝫ ad for
mationē corpis eiꝰ materiā ꝑparatā ⁊ xp̄s ab
ea genitus fuerit ei ſil'is in ſpecie. qꝛ ꝑfectus
homo fuit ex aīa rōnali ⁊ humana carne ſb̄ſi/
ſtens. ſequiť ꝙ fuit eiꝰ natural' filius. ⁊ ipſa
ip̄ius vera mater. Si aũt aliq̄s obijceret: ꝙ
xp̄s ex btā ꝟ̄gine miraculoſe natꝰ eſt. ſꝫ mira
culoſa generatio nō ſufficit ad rōnem mater
nitatis vel filiatōis. nō em̄ dicimꝰ Euā fuiſ/
ſe filiā Ade. ḡ videť ꝙ xp̄s nō debeat dici fili/
us ꝟ̄ginis. Rn̄dere poſſumꝰ ſm̄ Damaſ. in
iij. li. ꝙ natiuitas tp̄alis q̄ xp̄s natꝰ eſt ꝓpter
noſtrā ſalutē eſt qđammō ſm̄ nos. qm̄ natuſ
eſt hō ex muliere ⁊ tp̄e ꝯceptōis debito. ſuper
nos aũt: qm̄ nō ex viri ſemīe ſꝫ ex ſp̄uſctō et
de ſctā ꝟ̄gine ſup legē ꝯceptōis. Ex q̄ vt inq̄t
b. Tho. in. iij. pte ſum. q. xxxv. ex pte mr̄is na
tiuitas illa fuit natural'. ſꝫ ex pte opationis
ſp̄uſſancti fuit miraculoſa. vn̄ ip̄a ꝟ̄go bn̄di
cta eſt vera mr̄ dei. Quis ḡ explicare valeat
q̄to affectu filiū ſuū geſtauit ĩ vtero. pepit ĩ
diuerſorio. reclinauit ĩ ꝑſepio ſuoqꝫ lacte pa
uit vbere de celo pleno. Quis enarrare ſuffi
ciat quāto gaudio eiꝰ infantilia mēbra ꝯtre/
ctabat. dū inuoluebat pānis ⁊ ſtricta cinge/
bat faſcia. Quis inſup excogitare q̄tāqꝫ gra
tiſſima fuerit amboꝝ ꝯuerſatio amoris pin
guedine plena. Cōuiuebant ꝑfecto dulciť:
colloq̄banť ſuauiť. ⁊ ꝟ̄go ore melliſluo fili mi
ſepꝰ ĩgemīabat. audiebatqꝫ rn̄dentē filium
cū oī reuerētia. Genitrix mea colēdiſſima. mr̄
mea dulciſſima. parēs mea amātiſſima. ſua
uiſſimaqꝫ ſibi inuicē oſcula ꝓpinabāt

¶ Pars ſecūda huius ſermonis que dici
tur meritationis.

**P**Ro expeditiōe huꝰ ptis queriť. nū/ — R
q̄d beata ꝟ̄go meruerit fieri mať dei.
Et rn̄deť ſm̄ Ric. in. iij. diſ. iiij. art. — An ma/ ria meru erit fieri mater dei
iij. q. j. ꝙ incarnatio filij dei pt̄ ꝯſiderari du/
pliciter. ſ. q̄tū ad eſſentiā ⁊ q̄tū ad circūſtā/
tiam. Primo modo nullꝰ vnq̄ potuit mere
ri incarnatōem filij dei. qđ ꝓbari pt̄ multipli
citer. ſꝫ ad pn̄s ſolū ꝓbabimꝰ duobus modiſ
Primo: qꝛ fundamentū meriti nō pōt cade
re ſub merito. ſꝫ incarnatio filij dei ſemꝑ fuit
fundamentū omīs meriti poſt lapſum hūa/
ne nature: inq̄tū ſine fide eiꝰ implicita vl' ex
plicita nunq̄ potuit q̄s mereri vitā eternaꝫ
Vn̄ Aug. in li. enchiridion. c. penul. di. Nec
antiquoꝝ quicūqꝫ iuſtoꝝ p̄ter fidē xp̄i ſalutē
potuit inuenire. ḡ ⁊c̄. Iō inq̄t ap̄ls ad Titū
iij. Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſalua
toris noſtri dei. nō ex opibꝫ iuſticie q̄ fecimuſ
nos: ſed ſm̄ ſuā miſericordiā ſaluos nos fec̄.
Et ꝯfirmať p̄dicta ꝑ illud q̄đ dꝛ Roma. xj
ſcꝫ ſi gr̄a dei iaꝫ nō ex opibꝫ. alioq̄n iā non ex
gr̄a. Hec ibi. Que em̄ nō dať gratis non eſt
gr̄a. c. gr̄am. j. q. j. ſed ſm̄ Aug. xiij. de trini. c.
xix. In rebus ꝑ tempꝰ ortis illa ſumma gra/
tia fuit. ꝙ homo in vnitate ꝑſone ꝯiunctꝰ eſt
deo. ḡ nullius merito eſt deus incarnatus ſed
ex mera gratia. Cuius incarnatōem non po/

tuiſſe ab aliquo mereri ꝓbat̃ alio mõ ſic. Nã
incarnatio filij dei fuit infinita. tum quia de/
us eſt infinite excellẽtie. iuxta illud pſ. xlvij.
Magnꝰ dñs ⁊ laudabil' nimis: ⁊ magnitu/
dinis eiꝰ nõ eſt finis. Tum quia fuit ad repa
randã humanã naturã. q̃ q̃zuis non habue/
rit infinitatẽ indiuiduoꝝ i actu. habuit tñ i
potẽtia. vt ait Porphiriꝰ in vniuerſalib9. qꝛ
niſi deꝰ ꝓfixiſſet numeꝝ: erat apta nata ꝯmu
nicari in infinitũ. Ergo meritũ nulliꝰ hoĩs
puri: imo nec oĩm hoĩm ſimul: ſufficere potu
it ad imperrandã filij dei incarnatiõem. per
Incarnatio q̃zũ ad circũſtãtiã tẽporis cadit ſb merito — quã humana natura erat reparanda. ¶ Si
aũt loquamur de ꝓdicta incarnatõne ſecũdo
mõ. ſ. q̃zũ ad circũſtãtiã. h̃ põt eſſe duplicit̃.
ſcꝫ aut q̃ztum ad circũſtãtiã tp̃is. aut q̃ztum
ad circũſtantiã pſone i qua debebat incarna/
ri. Primo mõ põt dici ꝙ ſcti pr̃es veteris te
ſtamẽti meruerũt ꝙ filiꝰ dei naturã humanã
aſſumeret eo tp̃e quo incarnatus eſt. Ipi eñ
feruẽtiſſimis deſiderijs ⁊ orõnib9 ꝓſuppoſita
filij dei incarnatione futura meruerunt eius
acceleratõem. Nam ſm oẽs theologos ma
xime ſctm̃ Bonauẽturã in. iij. di. iiij. ⁊ Ric.
ibidẽ. ar. iij. q. ij. ⁊ in. iiij. di. xv. ar. iiij. q. vij.
⁊ b. Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. xvj. Ille q̃ orat pie
humiliter ⁊ reuerẽter: fideliter ⁊ pſeuerãter
⁊ petit neceſſaria ad ſalutẽ: meretur exaudiri
a deo Iuxta illud Mat. vij. Om̃is qui petit
accipit. ⁊ q̃ querit inuenit: ⁊ pulſanti aperiet̃
Sꝫ ſancti pr̃es q̃ fuerũt ante xp̃i aduentuꝫ:
ſic petierũt filij dei incarnatõem eis neceſſari
am ad ſaluteꝫ: dicentes illud. pſ. Iſaie. xlv.
Rorate celi deſup ⁊ nubes pluãt iuſtũ: aperia
S — tur terra ⁊ germ̃et ſaluatorẽ. ꝗ ⁊c̃. ¶ Si ſo
loquamur q̃ ad circũſtantiã pſone diſtinguẽ
dum eſt de merito ſm theologos. maxĩe Ri/
char. ⁊ ſan. Bonauẽ. i. iij. di. iiij. ⁊ etiã i. ij. di.
xxvij. ar. ij. q. ij. Vñ ꝑ maiori declaratõe pter
mittẽdo hic q̃s dicat̃ benemeritꝰ ſm legiſtas
de quo late p Bald. in. l. iubemus. C. de ſacro/
ſan. eccle. vbi allegat multa iura Et ſm cano
niſtas. de quo p glo. in. c. ſi quos de huis. xij.
q. ij. ſequendo ſolũ doctrinã theologicã. dico
ꝙ eſt meritũ cõdigni. meritũ ꝯgrui. ⁊ meritũ
Triplex meritũ ſcꝫ condignum dignum et ꝯgruum — digni. Meritũ condigni eſt illud in q̃ repe
ritur pfecta rõ merendi. q̃ñ ſcꝫ eſt adequatõ
meriti ad p̃miũ. vtputa ſi quis p vnum dieꝫ
ſeruit alicui laborãdo fideliter. meret̃ de ꝯdi/
gno certã mercedẽ ſiue premiũ. vtputa groſ/
ſum vel carlinũ. Meritũ digni ⁊ cõgrui eſt
q̃ñ nõ eſt pfecta adequatio meriti ad p̃miuꝫ
Sed differentia eſt inter meritũ digni ⁊ cõ
grui. quia meritũ digni eſt cõpletuꝫ in actu.

Meritum ṽo cõgrui eſt meritũ nõ omnino
pfecte cõpletũ. ſꝫ tñ exiguũ habens defectum.
Vel eſt pfecta diſpoſitio ⁊ ꝓpinquitas ad cõ
ſequendã aliquã mercedẽ in futuro. Exem/
plũ aũt vtriuſqꝫ ſic dare poſſumꝰ. Quidam
rex potentiſſimꝰ ꝓ ſua magnificẽtia ꝓclama
ri facit. ꝙ ſi quis ꝑ vnã diẽ ei ſeruierit dabit
ei decem milia talenta auri. tũc ſi quis ei ſer/
uierit ꝑ illam diẽ: merebitur ipa deceꝫ milia
talenta: non merito condigni: quia maius ẽ
p̃mium q̃z ſit meritũ laboris. ⁊ ſic non eſt ad
equatio meriti ad p̃mium. merebit̃ tamẽ ipa
talenta merito digni. quia cũ ſic placuerit re
gi promittere ille q̃ ei ſeruiuit ꝑ diem factus
eſt dignus ipo p̃mio ex regia liberalitate pre
parato. Sed poſito ꝙ quis ſeruierit ꝑ illam
diẽ: ſꝫ ex laſſitudine ꝑ aliquã horẽ morulam
quieuerit a ſeruitio ſiue laborẽ. licꝫ nec meri/
to ꝯdigni nec merito digni mereat̃ ipa talen
ta: qꝛ nõ laborauit pfecte ꝑ integrũ diem. tñ
merito ꝯgrui dicet̃ mereri illd̃ p̃miuꝫ. qꝛ qd̃
minimũ eſt ꝓ nihilo reputat̃. l. qd̃ minimũ. ff. de
re. iu. c. reuera. vbi glo. de ꝯſe. di. ij. Et ſimili
ter ſi q̃s cũ a principio diei ceperit feruent̃ la
borare ⁊ pſeuerauerit vſqꝫ ad. xxiij. horã et
vlterius pſequat̃ laborãdo. ille q̃ videbit euꝫ
ꝓpe finẽ laboris dicet. Iſte meretur deceꝫ mi
lia talẽta auri. Vel dicet. Ille lucratꝰ ẽ deceꝫ
milia talenta auri. quia eſt ꝓpe ꝯplemẽtum
meriti. ⁊ paꝝ deficit. ⁊ eſt diſpoſitꝰ ad pficien
dum ⁊ ꝯſequendũ p̃miuꝫ. Vñ poſito caſu ꝙ
aliquo ſupueniente impedimẽto ſine culpa
ſua nõ potuerit pficere. licet nec merito cõdi
gni nec merito digni mereat̃ ipa talẽta. tamẽ
ipſe merebit̃ merito ꝯgrui. ¶ Modo ad ꝓ
poſitũ nr̃m dico. ꝙ licet btã ṽgo Maria nõ — Q quomõ Maria meruit i/carnationem xp̃i.
meruerit merito condigni cõcipere chriſtuꝫ
quia beneficium incarnationis eſt ſupra me/
rita omniũ angeloꝝ ⁊ cunctarũ creaturarũ.
vnde ⁊ ſupra merita ipſius virginis benedi
cte: tamen quia ex benignitate ſua deus diffi
niuit ꝓ ſalute humani generis carnẽ aſſume
re de vna muliere. ipſa beatiſſima ṽgo a pn/
cipio ſue vite vſqꝫ ad incarnatõeꝫ filij dei me
rebatur eſſe mater dei merito congrui. qꝛ ꝓ/
pter excellentiã ſanctitatis ſue ⁊ pfectõem ṽ
tutũ: ad hoc erat magis idonea et diſpoſita
q̃z oẽs alie mulieres que vnq̃z fuiſſent aut
future eſſent in mũdo. At vbi ṽba illa ſan/
ctiſſima ꝓtulit. ſ. Ecce ancilla dñi. ⁊ ſuũ con/
ſenſum ṽbo firmauit: illico meruit merito di
gni ꝯcipere xp̃m ⁊ effici mater dei. Tunc eñ
inuẽta eſt excelliſſe merita oĩm electoꝝ. Et
maxime ꝓpter eminẽtiã quatuoꝝ ṽtutum

Prima fuit obedientia dū dixit. Ecce. exhi
buit naq̄ꝫ ſe tantū ꝑmptiſſimā ad obediēdū
deo q̄ꝫto fieri poteſt a pura creatura. ꝛ inten
ſiſſima fuit illius voluntas quātū intēdi po
tuit. vñ nō tantū intēſa fuit volūtas Abrae:
dum voluit filiū imolare. aut quorūcunq̄ꝫ q̄
ꝓ dei obedientia dura ꝛ aſpera queq̄ꝫ pati n
recuſarunt. Secūda virtus fuit humilitas
quā demōſtrauit dū ait: ancilla dñi Tūc em̄
tātū deſcēdit i nihilū reſpectu dei ꝙ nulla vn/
q̄ꝫ creatura ita viluit ſibiipſi ꝓ deo ſicut ipa. ꝛ
licet magna fuerit hūilitas Abrae cum dixit
Gen. xviij. c. Loquar ad dñm meū cuꝫ ſim
puluis ꝛ cinis. Et Job cū dixit. xvij. c. ſui li.
Putredini dixi. pater meus es: mater mea
ꝛ ſoror mea vermib₉. Et Dauid pſ. xxj. dū
ait. Ego āt ſum vermis ꝛ nō hō: opprobriū
hominū ꝛ abiectio plebis. Tñ humilitas ꝟ
ginis bñdicte ſupauit iſtoꝝ ꝛ quorūcūq̄ꝫ ali
orum humilitatē Propterea in cantico ſuo
cecinit Lu. j. Reſpexit humilitatem ancille
ſue: ecce em̄ ex hoc beatā me dicēt om̄es gene/
ratiōes. Tertia fuit eius fides: quā explica/
uit dū ꝓſecuta eſt. Fiat mihi. Tūc em̄ capti/
uauit omnē intellectū in obſequiū dei. credi/
ditq̄ꝫ ſimpliciter ꝛ puriſſime queceūq̄ꝫ fuerāt
ſibi ꝑ angelū intimata. Hinc Elizabeth cō/
mendans illā dixit. Beata que credidiſti: q̄
niam ꝑficient̄ in te que dicta ſunt tibi a dño
Quarta ꝟtus fuit charitas: quā demonſtra/
uit dū ait. ſm verbū tuū Tūc em̄ om̄e cor ſu
um. ꝛ om̄e eſſe atq̄ꝫ om̄e obtulit volūtarie deo
Quapropter tantā dei grām in hoc actu rece
pit ꝙ ſicut ꝑfectiones diuiñe omni intellectui
ſunt incōphēſibiles. ſic ꝑfectiones gratiaruꝫ
quas beata ꝟgo ſuſcepit in conceptione filij
dei ſolo diuino intellectui ꝛ anime xp̄i fuerūt
cōphenſibiles. Unde credit̄ ꝙ ad illaꝫ ab
yſſum inꝑſcrutabilē oīm chariſmatū ſpūſſci
que i ipam dei genitricē deſcēderūt in hora cō
ceptionis filij ſui: intellect⁹ hūan⁹ vel ange/
licus nunq̄ꝫ potuit attingere. Multa naq̄ꝫ
plura operatus eſt de⁹ i ꝟgine. ꝛ q̄deꝫ grandia
q̄ꝫ ea que ſcripta ſunt aut excogitata ſm ſentē
tiam diuini Hiero. i ſmone ad Euſtochiuꝫ
Pro ꝯcluſione aūt hui⁹ ptis dico ꝙ q̄ꝛ brā ꝟ — Cōclūo
go fuit puriſſima ꝛ nunq̄ꝫ aliqua peccati ſor/
de maculata. atq̄ꝫ omnib₉ ꝟtutib₉ redimita.
meruit effici mater dei merito ꝯgrui. Juxta
illud Anſel. in li. de conceptu virginali. De/
cuit vt ꝯceptio illius hoīs de matre fieret pu/
riſſima tāta puritate qua ſub deo neq̄at ma/
ior intelligi ꝛc. Unde canit eccleſia. Beata
viſcera Marie ꝟginis q̄ meruerūt portare
eterni patris filium.

¶ Pars tertia huius ſermonis que dicit̄
filiationis.

V
Ut patere pōt ex ꝓdictis. ſicut beata
ꝟgo eſt vera mater dei. ita ꝛ dei fili⁹ — U
eſt verus filius virginis. ita ꝙ ipa be
nedicta ꝟgo hꝫ vnū ꝛ eundeꝫ filiū cum deo.
¶ Notandū tñ ꝓ maiori declaratōe ꝓdictoꝝ — Tripleo
ꝙ q̄ꝫtum ad pñs ſpectat triplex reperit̄ filia/ — ē filiatio
tio. ſ. naturalis. legalis. ꝛ ſpiritualis. licꝫ q̄n
q̄ꝫ genera filioꝝ diſtinguant̄ a iuriſtis. vt ꝑ
glo. inſti. de adopt. in prin. ꝛ in auten. quib⁹
mo. na. effi. ſui. §. ij. ¶ Filiatio naturalis eſt.
qua quis efficit̄ filius ꝑ carnalē generatōem
Filiatio legalis eſt que fit ꝑ imperialem ad/
optiōem. Filiatio ſpūalis eſt q̄ fit ꝑ ſpūaleꝫ
baptiſmi regeneratiōem. Et ſm hāc triplicē
filiatiōem ꝟgo Maria habuit tres filios. — Maria
Prim⁹ fuit xp̄s quē ꝑ naturalē generatōem — hūit treſ
habuit. q̄ꝛ eū de ſuis viſceribus generauit. vñ — filios.
Gal. iiij. dicit aplus. Miſit de⁹ filiū ſuū na
tum ex muliere ꝛc. Et Roma. j. Qui factus
eſt ex ſemine Dauid ſm carnē. Ex q̄b₉ ꝟbis
habet̄ ꝙ beata ꝟgo ex ꝓgenie dauid duxit ori
ginem. Si em̄ xp̄s ſm carnē ex ſemīe dauid
natus eſt. ꝛ in carne xp̄i nō fuit niſi ſemē vir
ginis: manifeſtū eſt ipam ex ſemine Dauid
deſcēdiſſe. Nō ſolū aūt hoc oñdit̄ ex apoſto/
lica autoritate: ſꝫ etiā ex teſtimonio eccleſie q̄
errare nō poteſt. Ait em̄. Natiuitas glorio/
ſe ꝟginis Marie ex ſemine Abrae: orta de
tribu Juda clara ex ſtirpe Dauid. Oſtēdit̄
etiā h̄ ex voce ipſi⁹ Dauid ꝓphe ipam exorā
tis vt Gabrieli aſſentiat. dicens ei pſ. xliiij.
Audi filia ꝛ vide ꝛc. Quia igit̄ beata virgo
fuit mr̄ filij dei. ꝛ ipe dei filius: ex tali materni
tate tria ꝯſecuta eſt. ¶ Primo materne auto
ritatis imperiū. Vñ Lu. ij. d̄r. Et erat ſbdi/ — Maria
tus illis. Jō Aug. inq̄t. Hoc ſingulare illa — ex filiati
femina habuit vt ſibi habeat naſcēdi huma/ — one ſua
nitate ſubditū quē nō ſolū humana: verꝫ eti/ — tria cōſe
am angelica natura venerat̄ ꝛ adorat altiſſi — cuta eſt
mū. Scd̄o ꝯſecuta eſt miſcd̄ie ꝛ pietatis ꝑfe
ctū affectū. Vñ Bern. in q̄dā ſmone iquit.
Quātū viſcera illa ꝟtus pietatꝫ affecit: q̄b₉
nouē mēſib₉ pietas requieuit: nā ꝛ añ mētē q̄ꝫ
ventrē repleuit. ꝛ cū ex vtero ꝓceſſit ab aīmo
non receſſit. Tertio ꝯſecuta eſt ſublimatōeꝫ
ad filium. Unde Damaſcenus inq̄t. Decu/
it matrē ad filiū ſublimari. vt ad ipm aſcen/
deret ſicut ipe ad illam deſcenderat. ¶ Secū — W
dus filius beate ꝟginis fuit Johes euange/
liſta. q̄ fuit eius filius ꝑ impialē adoptōem.
Eſt autem adoptio quedam legalis filiatio:

inducta ad ſolatiũ eoꝝ q̇ filios nõ habent. l.
cum eũ. C. de adop. ⁊ l. adoptio. ff. eodem ti.
Quia aũt btiſſima ꝟgo erat ĩ morte nr̃i ſal/
uatoris ꝓuãda ſuo dilectiſſimo filio. ĩdõ ad
aliqualẽ ↄſolatõem eius ipe imꝑatoꝛ celeſtꝭ
in tribunali crucis exñs: publico edicto Jo/
hannem mr̃i ſue in filium adoptauit dũ ait
Johes hꝫ tria ꝓui/legia — Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Ex illa aũt adoptiõe
Johes tria ꝓuilegia habuit. Primũ eſt ꝙ fa
ctus eſt Gabriel' archangeli ſoci⁹. Vñ Pe/
trus Damian⁹ inq̇t. Johes archanglõ Ga/
brieli ad cuſtodiã dei mr̃is ſoci⁹ ẽ dat⁹ vt ille
integrã ꝟginẽ inuiſibiliter cuſtodiret. et iſte
foꝛinſecus fragilitati femĩe obediẽtie ſue mi
niſteriũ exhiberet. Scdm ẽ. ꝙ fact⁹ eſt ꝟbo
dei magꝭ itim⁹. Vñ idẽ doctoꝛ ait. Quanto
Johes familiarioꝛ cũ matre dei ↄſeruať. tan/
to vicinioꝛ verbo efficiť. Tertiũ eſt ꝙ factus
eſt quadã ſpũali gratia frater ſaluatoꝛis. di/
cente eodẽ doctoꝛe. Sicut dixit domin⁹ ma/
tri. Hic eſt filius tuus. ita dixit diſcipulis.
Hoc eſt corpus meũ. ⁊ cauſatuꝫ fuit in illis
verbis effectus: vt illico panis ille dñicũ fie
ret coꝛpus. Ex quadã itaqꝫ ſimilitudine (ſi
dicere audeamus) beatus Johes non ſolũ fi
liȷ̇ poſitus eſt nomĩe: ſꝫ ꝓpter iſta ꝟba domi/
nica quoddã maius neceſſitatꝭ ſacrm̃ apud
beatã ꝟginẽ meruit obtinere. ¶ Tertius fili⁹
y fuit Johes baptiſta. qui fuit eius fili⁹ ꝑ ſpũ/
alem baptiſmi regeneratõem. Ipa em̃ eũ ba
ptizauit nõ baptiſmo flumĩs: ſed baptiſmo
flamis. ſicut dicit Chꝛy. Cũ em̃ beata virgo
Maria ſalutauit Elizabeth: vox ſalutatõis
ꝑ aures eius ingrediẽs ad pueꝝ deſcendit. ꝟ
tute cui⁹ ſalutatõis puer ſpũmſctm̃ accepit.
Vñ dixit Elizabeth benedicte virgini. Ecce
em̃ vt facta eſt vox ſalutatõnis tue in auribꝫ
meis: exultauit ĩ gaudio infans in vtro meo.
Per illã g̃ ꝟginis ſalutatõem recepit Johes
ſpũſſcti infuſionẽ. ſicut ꝑdixerat Gabriel an
gelus pr̃i ſuo Zacharie Lu. j. di. Spũſctõ
replebiť adhuc ex vtero matris ſue. Per illã
aũt ſpũſſancti repletõem meruit a pctõ origi
nali emũdatiõem. Si g̃ ad vocẽ ſalutatõis
Marie puer ſpũſancto replet⁹ eſt ⁊ ab ori/
ginali pctõ purgatus: aperte claret ꝙ btẽ ꝟ/
ginis ſpũalis filius effectus eſt. qꝛ ꝑ ſpiritũ/
Johes baptiſta q̃tuoꝛ ꝑ/rogatiua accepit — ſanctũ ꝑ eã fuit baptizat⁹. ¶ Sciendũ ẽ igiť
ꝙ beat⁹ Johes ĩ vtero materno exñs: virtute
ſalutatõis btẽ ꝟgis q̃tuoꝛ ꝓrogatiua accepit
Primo exultatõem. qꝛ exultauit in vtro ma
tris audiẽs melliflua verba beate virginis.
Secũdo a peccato originali purgatõem: vt
ſup dictũ eſt. Tertio ſpũſſancti receptiõem.
qꝛ deũ in vtero ꝟginali eſſe cognouit. ⁊ illum
vt potuit ꝑ illã exultatiõeꝫ ĩ vtero adoꝛauit.
Quarto ſpũſſcti repletiõꝫ. qꝛ nõ ſolũ ipſe re
pletus eſt ſpũſctõ ꝓphetico: ſꝫ etiã matreꝫ re
pleri fecit. Vñ Luc. j. Poſtqꝫ dictũ ẽ ꝙ exul
tauit infans ĩ vtero ei⁹: ſequiť. ⁊ repleta ẽ ſpi
ritu ſctõ Elizabeth. ⁊ ꝓphetauit ⁊c. Sꝫ his
duabꝫ vltimis filiatõibꝫ dimiſſis ↄcludam⁹
noſtꝝ ſmonẽ ĩ filiatiõe naturali dñi nr̃i Jhu
xp̃i ex ꝟgine. de q̄ ⁊ de ei⁹ effectu loq̄ns Bern
inq̇t. Quãuis de⁹ cũ oibꝫ ſit: ſpãlit tñ eſt cuꝫ
Maria. cũ q̄ tãta vtriqꝫ ↄnexio ei fuit vt illi
us nõ ſolũ volũtatẽ ſꝫ etiã carnẽ ſibi ↄiũge/
ret. ⁊ de ſua ꝟginea ſubã vnũ xp̃m efficeret. vł
poti⁹ vn⁹ xps fieret. q̇ licet nec tot⁹ de deo. nec
tot⁹ de ꝟgine. tot⁹ tñ dei ⁊ tot⁹ ꝟginis eẽt nec
duo eſſent filiȷ̇ ſed vnus vtriuſqꝫ filius. qui
eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ De eiuſdẽ btiſſime ꝟgis parturitõe
Sermo .v.

GRatia mulie/ꝝ
g ris ſedule delectat virum ſuum
Ecci. xxvj. Multũ honorꝭ cõ
fert viro ſua vxoꝛ ſollicita. ſi ↄtingat ꝑegri/
nos ad domũ ſuã declinare q̇ cõmode nõ poſ
ſet illis miſtrare niſi vxore mediãte. Quedã
em̃ mulieres ſunt ita prompte. ⁊ (vt vulga/
riť dꝛ) auiſate ꝙ dicto citi⁹ (vt ita loquar) vi
dẽt oĩa ad viri nutũ miſtrare. Spũaliter pr̃
familias dom⁹ ẽ de⁹ pr̃: q̇ volens moꝛtalibuſ
ꝑegrinis nimio frigore fatigatꝭ ꝓuidere de
cibo. voluit ꝟginẽ mariã ſuã eſſe ſpõſam. cu/
ius ſollicitudinẽ eccl'ie filiȷ̇s ad ↄuiuiũ diui/
num veniẽtibꝫ ꝑpararet neceſſaria. De qua
ſpõſa dꝛ pſ. cxxvij Vxoꝛ tua ſicͧ vitꝭ abũdãs
in lateribꝫ dom⁹ tue. Et figuratť Geñ. xviȷ̇.
vbi dꝛ. ꝙ cũ tres angeli ĩ foꝛma triũ viroꝛuꝫ
veniſſent ad tabnaculũ abꝛae. vocauit abra
am vxoꝛẽ ſuã Sarã ⁊ dixit ei. Accelera tria
ſata ſimile cõmiſce: ⁊ fac ſubcinericeos pães.
Per tres aũt viros intelligunť tres potẽtie
aĩe. q̇bꝫ ipa aĩa deo ⁊ angelis aſſilať. Vel per
tres viros intelligiť triplex hominũ genus.
ſeu triplex tps. ſ. tps legꝭ nature. ſcripture. ⁊
gr̃e. In om̃i em̃ tpe fuerũt om̃s potẽtie aĩme
peregrine a deo poſt lapſum ade. Itẽ oẽs ho/
mines cuiuſcũqꝫ generꝭ ⁊ ↄditõis fuerũt pe/
regrini. ⁊ neceſſe habuerunt applicare ad ta/
bernaculũ abꝛae. i. ad fidẽ ei⁹ quã habuit de
Meſſia vẽturo. Volẽs g̃ de⁹ oibꝫ hoibꝫ tam
veteris q̄ꝫ noui teſtam̃ti ꝓuidere de vero pa/

ne.i.de filio ſuo.q̄ eſt panis viuus de celo de/
ſcendens.Joh.vj. Elegit virginē bñdictam
que tria ſata ſimile cōmiſcuit (vt inq̄t Bern̄)
dum in vtero ſuo nouū: antiquū ꝛ eternum
ꝯiunxit.nouū.ſ.animā xpi de nouo creatam.
antiquū.i.corpus eius de natura veterꝭ Ade
productum.ꝛ eternū.i.dei verbum.qua con/
iūctōe mirifica oēs fideles refecit.nō ſolū po
ſteros p ſacramēti ſuſceptōem: ſed etiā ꝑmos
p credulitatē. Unde inquit Leo papa i quo
dam ſermone. Verbi incarnatio hoc contu/
lit faciendo que fecit ꝙ ſacramentuꝫ ſalutis
humane in nulla vnqꝫ antiquitate ceſſauit.
Nam que p̄dicauerūt apoſtoli: hec annūcia
uerunt prophete.nec ſero eſt impletū: quod
ſemꝑ eſt creditū.nec minꝰ adepti ſunt q̄ in il
lum crediderūt ꝓmiſſuꝫ q̄ꝫ q̄ receperūt dona
tum. Hec ille. Fuit ḡ btā ꝟgo Maria mu/
lier illa ſedula: q̄ viꝝ ſuū.i.ſpōſum celeſtē deū
oblectauit: dum veniētibꝫ ad eū ꝑegrinis.i.
hominibꝫ p fidē.panē dulciſſimū.id eſt fili/
um ſuū concipiēdo ꝛ parturiēdo ꝓtulit. De
qua dei matre ꝛ eius partu q̄nqꝫ cōſiderati/
ones faciemus.

Prima dicetˀ conditionis
Secūda cōmendationis.
Tertia oſtenſionis.
Quarta inductionis.
Quinta ꝟo expoſitionis

¶ Pars ꝑma huiꝰ ſmonis que dicitˀ cōdi/
tionis.ſ.partus virginalis ꝛ ipſius ꝟginis
parturientis.

A
Dīa ptꝰ marie et aliarum mulierū

Pro expeditiōe ꝑme ptis ſmonis no
ſtri: eſt ſciēdū ꝑmo.ꝙ partꝰ beate ꝟ/
ginis fuit diſſimilis a partu aliarū
mulierū. Cetere eñ mulieres an̄ partuꝫ hn̄t
timorē ne i partu periclitentˀ. In partu habēt
dolorē.ꝛ poſt partū icurrunt languorē. Btā
aūt ꝟgo nec an̄ partū timoreꝫ habuit.nec in
partu dolorē.nec poſt partū languorē. Prio
eñ an̄ partū timere nō potuit.q̄ ſe ab eterno
a patre celeſti electā ſciebat in ſponſam. Juxͣ
illud pſ̄.cxxxvij. Elegit dñs ſion: elegit eaꝫ
in habitatōnem ſibi. Per ſion nāqꝫ itelligitˀ
beata ꝟgo.q̄ ſp dei gl'iam ſpeculabatˀ. Syon
eñ ſpeculatio interp̄tatˀ. Nō etiā debuit time
re que dei filiū in vtero habebat. Eccl. xxiiij.
Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo
Timere nō potuit in quā ſpūſſctūs cū pleni
tudine grē ſupuenit. Lu.j. Spūſſctūs ſup/
ueniet in te.ꝛ quā dei angelꝰ cuſtodiebat. An
gelus eñ eā cuſtodiuit ꝛ i mundū venientem
ꝛ in mūdo exiſtētē.ꝛ de mūdo recedētē. Un̄
ipa dicere poterat illud Judith.xiij. Viuit
dñs q̄m cuſtodiuit me angelꝰ eiꝰ.ꝛ hinc eun/
tem.ꝛ ibi cōmorantē.ꝛ inde reuertentē. Se
cūdo in ptu nō habuit dolorē.ꝛ h̄ ꝯueniens
fuit multꝭ rōnibꝫ.de q̄bꝫ tractaui i q̄nta pte
huiꝰ opis ſmone.vij.pte.j.de q̄bꝫ vnā tāgit
Hugo de ſctō vict.dicēs. Eua poſtq̄ꝫ mala de
lectatōem cōcepat: ꝙ filios i dolore paritura
eſſet audiuit.vt apte demonſtraretˀ ꝙ non id/
circo pariat cū dolore eo ꝙ a viro: ſꝫ q: ex li/
bidine ꝯcepit. Btā aūt ꝟgo nō ſolū ſine libi
dine ꝯcepit ſꝫ nec de ſemine viri accepit.ꝛ iō
ſine dolore filiū edidit. Aliā etiā rōnem tan
git p̄dictus doctor dicēs. Abſit vt triſticia ꝛ
gemitꝰ ibi interuenerit vbi gaudiū oīmode
p̄dicatˀ. Gaudebat eñ i immēſum de tanta ꝓ
lis maieſtate.de ꝯſeruata ſibi ꝟginitate.de
humani generꝭ ſaluatōe.ꝛ de angelica iubila
tione.q: ibi angeli aderāt q̄ epitalamū decā/
tabāt. Et iteꝝ idē ait. Abſit vt ibi triſticia i/
teruenerit.ad cuiꝰ ptū mltitudo angeloꝝ ce/
cinit. Tertiā rōnem aſſignat Damaſ.q̄ inq̄t
Btā ꝟgo dolores q̄s effugit pariēs.h̄ in xpi
paſſione ſuſtinuit. Tertio poſt partū nullū
ſenſit languorē. Nō eñ potuit lāguere q̄ me
dicinā celeſtē.i.filiū dei i vtero portauit.qui
(ſicut dr̄ Mat.iiij.) ſanat om̄es languores
ꝛ oēs infirmitates. Itē nō potuit lāguere il/
la cū q̄ erat gigas fortiſſimꝰ: q̄ oēm imbecilli
tatē ſuſtētauit.de q̄ dr̄ pſ̄.xviij. Exultauit vt
gigas ad currēdā viā ꝛc. Un̄ Aug.in q̄daꝫ
ſmone i pſona ꝟgis loquitˀ dī. Qui natꝰ ē ex
vētre meo exiuit vt gigas magnificꝰ.ꝛ venē
meꝰ nō eſt pudore euacuatꝰ. Nō potuit etiā
lāguere illa cū q̄ erat dei ꝟtus q̄ ipam ꝯforta
bat ꝛ firmiter roborabat.de q̄ dr̄ Jſa.xl.q̄ la/
pſis dat ꝟtutē: ꝛ his q̄ nō ſunt fortitudinē et
robur multiplicat.q̄ ſibi refrigeriū p̄ſtabat ꝛ
nullā pati moleſtiā ꝑmittebat. Un̄ dixit ei
angelꝰ Lu.j. Virtꝰ altiſſimi obūbrabit tibi

¶ Scd̄o ꝑncipaliter in hac pte eſt ſciēduꝫ
ꝙ partꝰ b.ꝟgis fuit mlt'e puritatꝭ.ꝛ h̄ duplr
ſcꝫ ex pte mr̄is ꝛ ex pte ꝓlis. Primo enim in
mr̄e fuit tāta puritas ꝙ nec i ꝯceptu neci par
tu ꝟginali ſua potuit violari ꝟgitas.ſꝫ ſua/
ta puritate ꝟgīali ipa eū ꝯcepit ꝛ pepit. nec
mirꝫ: q: ipa ē ſydꝰ dei: iō pepit filiū tāqꝫ diui
ni ſplēdorꝭ radiū. Sydꝰ eñ radiū ſuū emit/
tit ſine ſui corruptōe.ꝛ ꝟgo pepit filiū ſuū ſi
ne violatōe. vñ canit eccl'ia. Sic ſydꝰ radiū
ꝓfert: virgo filiū pari forma. neqꝫ ſydus ra/
dio: neqꝫ mater filio fit corrupta. Hinc etiā
eſt ꝙ ꝓpha ortū xpi aſſimilat luci: dicēs.pſ.
xcvj. Lux orta eſt iuſto. Et.pſ̄.cxj. iterum
ait. Exortum eſt in tenebris lumen rectis

B
Partus Marie fuit mlt'e puritatꝭ

corde. Itē qꝛ btā ꝟgo eſt campus dei. ideo fi
lium ſuū generauit tanqꝫ florē amenū. Sic
eñ flos de campo orit̄ ſine campi foſſiōe. ſic
xp̄s de ꝟgine natus eſt ſine mr̄is corruptiōe.
Vñ ipe inq̄t Can̄. ij. Ego flos campi. Quia
ꝟo eſt lyban⁹ dei. iō generauit thus odorife
rum. Sicut aūt thus qđ emanat cortice nō
inciſo eſt magis odorifeꝝ ⁊ p̄cioſum. ſic fili⁹
ꝟginis q̄ egreſſus eſt nō inciſo cortice .i. non
violato virginali pudore totū orbē ſuo odo/
re repleuit. Vñ ipa ꝟgo inq̄t illđ Ecci. xxiiij
Quaſi lybanus nō inciſus euaporaui habi/
tatōem meā. Secūdo iſta puritas attendit̄
ex parte prolis. In xp̄o eñ eſt diuinitas. aīa
⁊ corpus. Eius aūt diuitas eſt puriſſima. de
qua Sap. vij. đr. Candor eſt lucis eterne: ⁊
ſpeculū ſine macula. Eius quoqꝫ aīma a deo
fuit puriſſima creata. Vñ ipe filius ꝟginis
dicere poteſt illud Sap. viij. Sortitus ſuꝫ
aīam bonā. Eius etiā caro fuit pura. qꝛ đ pu
riſſimis ſanguinibꝫ ꝟgis aſſumpta. Unde
Damaſ. ait. Tēplū ꝯſtruxerat ſibi xp̄s ex ca
ſtis ⁊ puriſſimis ſanguibꝫ ꝟgis aīa rōnali/
⁊ intellectuali animatū p̄mitias maſſe nr̄e.

L Partus marie fuit multe paupertatis

¶ Tertio i hac p̄te dico ꝙ part⁹ ꝟgis fuit mlt̄
te paupertatis. vt ſup̄ declaratū eſt in ſecundo
ſermone hui⁹ p̄tis. p̄te. iij. Caruit eñ btā ꝟ/
go omnibꝫ illis q̄ cetere mulieres in p̄tu ſuo
deſiderāt habere. Primo nāqꝫ caruit ſeruicti
um peritia qꝛ nullā ſeruitrice habuit. ſꝫ ipſa
(vt inq̄t Hiero. ꝯ Heluidiū) puerū pannis
inuoluit ⁊ i p̄ſepio collocauit. Nulla eñ mu
lier aſſiſtere voluiſſet paupcule p̄egrine i di
uerſorio poſite ⁊ i media nocte. loco autē do/
micellaꝝ habuit bouē ⁊ aſinū. Scđo caruit
pānoꝝ copia q̄bꝫ ſe ⁊ pueꝝ tegere poſſꝫ. Vñ
Beda in q̄dā ſmone de dn̄o nr̄o ait. Qui to
tum mundū vario veſtit ornatu: pānis vili/
bus inuoluit̄. Tertio caruit ignis p̄ſentia
q̄ multū vtilis fuiſſet p̄pter hyemē ⁊ noctē:
tā ad calefactiōem pueri ⁊ mēbroꝝ ꝯſolatōꝫ
q̄ꝫ etiā ad illuminatōeꝫ loci tenebroſi. Quar
to caruit ciboꝝ abūdantia. qꝛ cū eſſet pauper
cula parce viuebat. ⁊ pueꝝ nō nutricibꝫ da/
bat lactandum ſꝫ p̄prijs vberibꝫ nutriebat.
Vñ canit eccl'ia. Ipm regē angeloꝝ ſola vir
go lactabat vbere de celo pleno. Quinto caru
it camere pulcritudine ⁊ lecti mollicie. Naꝫ
p̄ camera habebat ſtabulum: qđ nō eſt habi/
taculū hoīm ſꝫ iumentoꝝ. p̄ lecti mollicie pu
er habuit p̄ſepe ⁊ fenū. Iſtā aūt tātā paupta
tem xp̄s i ſe ⁊ i mr̄e eligere voluit vt diuituꝫ
ſup̄biā ꝯfunderet. ⁊ paup̄ibꝫ ꝯſolatōꝫ daret
Vñ Bern̄. inq̄t. Nimiꝝ ſi voluiſſet venire

poterat mouēdo celū. ꝯcutiēdo terrā. ⁊ emit/
tendo fulgura. nō ſic aūt p̄ceſſit. ſꝫ nō tm̄ ho/
mo fact⁹ eſt: ſꝫ etiā paup̄. ⁊ pauperē mr̄eꝫ ele
git q̄ careret cunis q̄bꝫ infantē reclinarꝫ. ⁊ h̄
fecit humanā volēs ꝯculcare ſup̄biā. Hec il
le.

P Partus marie fuit multe nouitatis

¶ Quarto p̄ncipalit̄ dico ꝙ part⁹ ꝟginis
fuit multe nouitatꝭ. accipiēdo nouū p̄prie
Nō eñ đr nouū qđ al's eſt vſitatū .i. non eſt
nouū. vbi doct. ff. de legi. nec đr nouū qđ ali/
q̄n̄do factū eſt. licet mō renouet̄. c. achaci⁹.
xxiiij. q. j. ⁊. c. ſatis. xxxiiij. q. j. ⁊. c. p̄ceptꝭ. xij
di. ſed illud p̄prie đr nouū qđ nūqꝫ fuit. ca.
auaricie. ⁊ ibi Archid. de elec. li. vj. Iſta aūt
nouitas maxime fuit triplex. Nā p̄mo fuit
nouitas generatiōis. noua eñ ⁊ iaudita ge/
neratio fuit qn̄ de ſola mr̄e voluit naſci. Vñ
dic̄ Aug⁹. in ſmone de natiuitate dn̄i. Pre/
ceſſerat p̄ma generatio ſine viro ⁊ femia ſicꝫ
Adam. Scđa de viro ſine femia ſicut Eua.
Erat tertia de viro ⁊ femina ſicut i nob. Re/
ſtabat ḡ quarta ſine viro de femina cūctꝭ vi/
uētibꝫ deſiderata. q̄ tres p̄dictas libauit. Se
cūdo fuit ibi nouitas vnionis. qꝛ ſm̄ Bern̄.
in vnā p̄ſonā vnita ſunt tria. ſ. nouū. ātiquū
⁊ eternū. vt. ſ. dictū eſt. ſ. aīa. caro ⁊ diuitas.
Itē vnita eſt ſup̄ma natura. ſ. ipa diuinitas
⁊ natura media. i. anima. ⁊ natura infima. i.
caro. Tertio fuit ibi nouitas ſignoꝝ. de q̄ in
q̄t Bern̄. in ſmōe de natiui. dn̄i. Innoua do
mine ſigna. īmuta mirabilia. qm̄ ipa ꝯſuetu
dine viluerūt p̄ora. plane ſol' ort⁹ ⁊ occaſus.
terre fecūditas. tēpoꝝ viciſſitudo. miracula
magna ſunt. ſꝫ totiēs viſa viluerūt. Ecce in/
q̄t noua facio oīa. ⁊ ꝟe noua miracl'a. ꝯcept⁹
fuit ſine pudore. partus ſine dolore. ⁊ mr̄ ſine
corruptōe. ꝟgo pep̄it. ⁊ p⁹ p̄tū ꝟgo inuiolata
p̄mālit. fecūditatē mr̄is hn̄s cū ꝟginitatꝭ ho
nore. De iſta etiā mirabili nouitate đr Au/
guſtin⁹ i li. de ſimbolo. Parit mr̄ ⁊ ꝟgo. feta
⁊ intacta. factor oīm fit creatura. portat̄ māīt
bus q̄ regit oīa. lābit vbera regēs ſidera. tacꝫ
⁊ ꝟbū eſt. necdū q̄s eēt demōſtrabat. ⁊ vniūſa
creatorē ſuū indicabāt. Et hec ſufficiāt q̄ ad
ꝯditōes part⁹ ꝟginal'.

E Maria fuit chriſto valde vnita

¶ Quātū ꝟo ad ꝯdi/
tiones ipi⁹ ꝟgis mr̄is p̄turiētis eſt ſciēnduꝫ
ꝙ mr̄ xp̄i p̄mo fuit filio valde vnita. Vñ ipa
inq̄t Can̄. ij. Dilect⁹ meus mihi ⁊ ego illi. et
vij. eiuſdē li. c. itēꝝ ait. Ego dilecto meo ⁊ ad
me ꝯūſio ei⁹. Intantū aūt fuit mr̄ filio vni/
ta. ꝙ ſine ea nō ꝯcipit̄. Nā Lu. j. dixit ei an
gelus. Ecce ꝯcipies i vtero ⁊ paries filium.
Nec miꝝ. qꝛ ei⁹ vter⁹ erat flos puritatꝭ. Iuꝫ
illud Can̄. j. Lectul⁹ nr̄ florid⁹. ſine mr̄e fili
us nō inuenit̄. Unde Mathei. ij. dicitur.

Intrãtes domũ inuenerũt puez cũ Maria
matre eius. Nec miz q2 ipa eſt via veritat.
que Acci.xxiiij.inqt. In me om̃is gr̃a vite et
veritatis. Sine matre filius non crucifigit.
Vñ Joh.xix.d2. Stabat iuxta crucem Jhu
mater eius ⁊c. Nec miz.quia ipſa eſt mater
pietatis.⁊ ex pietate materna ibi ſtabat.⁊cũ
filio crucifigi parata erat. Nã ei p̄dictũ fue/
rat Luce.ij. Tuã ipſius animã ptrãſibit gla
dius. Sine matre ſpũſſanctus a filio nõ de/
ſtinat. Vñ Act.ij.d2. Erãt om̄es pſeuerãtes
in oratione cũ mulierib9 ⁊ Maria mr̃e ieſu
⁊ ſic orãtes receperũt ſpũmſctm̃. Nec mirũ:
quia ipa eſt aqueductus gratie ſpũalis. Ju/
xta illud Acci. xxiiij. Ego quaſi aqueduct9
F
Maria
fuit xpo
valde ca
ra
exiui de paradiſo. ¶ Secũdo dico q mr̃ chri
ſti fuit filio valde chara. qḋ q̇dẽ ille oſtendit
qñ in cruce exñs tantã curã de ea habuit q il
lam Johãni recõmendauit. Chriſtus nãq3
in hac vita quinq3 habuit ⁊ poſſedit. Habu
it q̇dem aliquãdo quandã (licet paruam) p
expenſis ſibi datã pecuniã. Habuit corpus
⁊ animã.habuit matrẽ ⁊ eccl'iam. Ea autẽ q
fuerunt viliſſima: cuſtodi viliſſimo. ea vero q
fuerunt chara ⁊ chariſſima: cuſtodibus cha
ris ⁊ chariſſimis cõmendauit. Nam pecuni
am quã ↄtemptibilẽ ⁊ viliſſimaz reputauit:
cuſtodi viliſſimo: id eſt Jude ſcarioth recõ/
mẽdauit. Corp9 vero ſuũ charis cuſtodib9 di
miſit.ſ. Joſeph de arimathia ⁊ Nicodemo.
Eccl'iam aũt quã habebat chariorẽ: chariori
cuſtodi tradidit.ſ. Petro apl'o: ſ3 mr̃em quã
habebat chariſſimã: chariſſimo cuſtodi ↄmẽ
dauit.ſ. Johi euãgeliſte. Animã vero quã ha
bebat ſupchariſſimaz: cuſtodi ſupchariſſimo
recõmendauit.ſ. patri eterno: dicẽs Lu.xxiij
Pater in man9 tuas cõmendo ſpũm meum
Ex hoc aũt q Johes a xp̄o ſup omnes alios
diſcipulos dilectus: vt Joh.xxj.habet Ma
riam in cuſtodiam accepit: oſtenditur q ipa
benedicta Maria filio ſuo chariſſima fuit.
¶ Tertio dico q fuit in maxima reuerẽtia fi/
G
Maria
fuit i ma
xima reue
rẽtia xp̄o
lio. Qḋ p3 ex q̇nq3. Primo q2 ſibi ſubdit9
eſſe voluit. iuxͣ illud Luc.ij.⁊ erat ſb̄dit9 illiſ
Secũdo q2 eius voci protin9 obediuit. ſic
patet Joh.ij. Aũ em̃ vinũ in nuptijs defeciſ
ſet.⁊ virgo dixiſſet miniſtris. Qḋcũq3 dixerit
vobis facite: ſtatim vt filius cognouit q ma
ter hoc dixerat: miraculũ fecit: ⁊ aquã i vinũ
mutauit. Tertio ex eo q filius in occurſuz p
rexit. quando ſc3 ipſa de hac vita tranſiuit.
Quarto ex hoc q ipam ad ſuã dexterã collo/
cauit. Quinto ex hoc q eã nr̃am petitionari
am fecit. De quib9 trib9 vltimis hr̃.iij. Re.

ij. ſub figura berſabee matris Salomonis:
vbi dicit. Surrexit rex in occurſum matris:
adorauitq3 eã. Ecce quia reuerenter ſibi ob/
uiauit. poſitusq3 eſt thronus matris regis: q
ſedet ad dexterã eius. Ecce quia eã ad ſuã de/
xterã collocauit. Deinde ſubdit. Dixitq3 ei
mater. Petitionẽ vnã paruulã ego deprecor
a te: ne cõfundas faciẽ meam. Dixitq3 ei rex.
Pete mater mi: neq3 em̃ fas eſt vt auertã fa
ciem meã a te. Ecce quia nr̃am petitionariã
eã fecit ¶ Quarto dico q beata virgo fuit dei fi
H
Maria
fuit vera
mr̃ dei
lio mater vera. qḋ patet ex eo q ſibi carnis
ſb̄am miniſtrauit: atq3 ↄuenientẽ locũ ac cõ/
ueniens nutrimentũ ei exhibuit. ⁊ nouẽ mẽ/
ſibus eũ in vtero portauit ⁊ fouit. ⁊ ei nato
de neceſſarijs pͥuidit. Jõ ipe dñs noſter Sa
pientie.vij.inq̇t. In vẽtre matris figuratuſ
ſum caro. Ecce locus ↄueniens nouẽ mẽſiuz
tp̄e coagulatus ſum in ſanguine. Ecce quia i
eius vtero nouẽ menſib9 ſtetit. ita q ſicut di
cit Auguſtin9 ⁊ Damaſcen9 de decimo aliq̇d
tetigit. Poteſt em̃ mulier portare filiũ decez
menſib9 in vtero ⁊ nõ plus niſi p duos dies
vltra decimũ mẽſem.l.in teſtamento.§.fi.ff.
de ſuis ⁊ legi.he.⁊.§.mulier. vbi glo. in au/
ten.de reſti.⁊ ea que pa.colũ.quarta.⁊.l.gal/
lus.in prin.vbi glo.in verbo menſes.ff.de li/
be.⁊ poſthu.⁊ ibi p Bal.⁊.ff.de ſtatu homi.l.
ſeptimo menſe. vbi glo. Poſtea ſequit ex ſe/
mine hois. Ecce quia ei ſubam carnis mini/
ſtrauit.⁊ dicit hois nõ hominũ. Ceteri enim
ſunt nati ex ſemine hoim. xp̄s aũt ſolũ ex ſe/
mine hois.i.virginis. vñ xp̄s nõ vocat ſe filiũ
hoim: ſ3 filiũ hois. vt habet Mat.xvj.⁊.xx
vj.⁊ Mar.ij.ix.⁊.x.⁊ Lu.v.⁊.vj.⁊ Jo.xiij
c.⁊ vocatur ibi ſemẽ eius ſanguis virgineus
a ſpũſancto totaliter depuratus. Deinde ſb̄/
dit. Et delectamẽto ſomnij cõuenientis. Ecce
ↄueniens nutrimentũ ⁊ miſteriũ. Ipa enim
vt vera mater eũ natũ pãnis inuoluit ⁊ ſuo
lacte pauit. Vñ canit eccl'ia. Membra pãnis
inuoluta virgo mater alligat. ⁊ man9 pedeſ
q3 crura ſtricta cingit faſcia. Et iterz. Ipſum
regẽ angeloz ſola virgo lactabat ⁊c. Ideo qñ
ipa virgo vult nobis filiũ placare: põt dicere
illud.ij. Mach.vij. Fili miſerere mei que te
in vtero nouẽ menſib9 portaui.⁊ lac triennio
dedi ⁊ alui.⁊ in etatẽ iſtam pduxi. ¶ Quinto
I
Maria
fuit tota
mat xp̄i.
dico q beata virgo fuit xp̄i tota mr̃ q2 ei totam
ſubam corporalẽ miſtrauit. ita q null9 pater
aliquid ſibi dedit. Ideo dicit Hierem.xxxj.
Nouũ faciet dñs ſuper terrã: femia circũda
bit viz. Solet aũt homo circũdare qḋ ſuuz
ppͥũ eſt. Nulla ergo mulier inq3 puez per

fecte circūdedit.qꝛ caro pueri tota ſua nō fu it.ſ3 pr̄ ibi ꝑte habuit. Uirgo aūt b̄tiſſima filiū ſuū i vtero circūdedit.qꝛ ibi de alieno nihil fuit.vn̄ fuit ſic̄ figura circularꝫ. Nā alie figure ſ̄m Aug.ex pluribꝰ lineis ꝑficiunt.figura v̄o circularꝫ vna t̄m linea claudit.corp⁹ aūt xpi formatū ē t̄m vna linea.i. ſola carne v̄ginea. Illō etiā qō eſt circūdatū ex oī ꝑte eſt clauſu3. Nā ſi aliq̄ apturа ibi fuerit:bene circūdatū nō erit. Nulla igit̄ mli'er puer̄ in vtero circūdedit.qꝛ nulla clauſa i ꝯceptōe ſ3 oīs apta fuit.ſola āt v̄go filiū circūdedit:qꝛ ex oī ꝑte clauſa fuit.ſ.an ꝑtū.i ꝑtu ꝛ poſt ꝑtū Et iō dꝛ Can̄.iiij. Ortꝰ ꝯcluſus.fons ſigtus ꝛc̄. Sexto fuit filio ſuo pia ꝛ ſtudioſa mr̄ qꝛ ei ſollicite oīa pietatꝫ officia exhibuit.vt diffuſe tractaui i.iij.ꝑte h⁹ opis.ſer.j.ꝑte.ij. Et ideo hic ꝑtrāſeo.

¶ Pars ſecunda huius ſmonis que dꝛ cōmendationis.

k Extollens vocem quedā mulier dn̄o nr̄o Jhū xp̄o.vt h̄r Lu.xj. Beatus vēter q̄ te portauit ꝛ vbera que ſuxiſti. Et cōiter tenet̄ ꝙ hec mulier fuit b̄tā Marcellina pediſſeq̄ ſc̄te Marthe. In q̄bꝰ v̄bis cōmēdat ventrē illū ſacratiſſimū q̄ dn̄m noſtrū Jeſum xp̄m pepit.ꝛ vbera ei⁹ ſc̄tiſſima q̄ ipm̄ v̄gineo lacte nutrierūt. De p̄mo aūtē.ſ. de vētre v̄ginali dixit de⁹ ſpōſe ſue Can̄.vij. Uēter tu⁹ ſic̄ aceru⁹ tritici vallat⁹ lilijs. Ei⁹ em̄ vēter fuit plen⁹ illo tritico de q̄ dꝛ Jo.xij. Niſi granū frumēti cadēs in terra mortuu3 fuerit ꝛc̄. Hoc aūt triticū fuit inſtar acerui. Aceru⁹ em̄ tritici i imo eſt lat⁹.i medio ꝑtim latus ꝛ partim anguſt⁹. Xp̄s aūt q̄tū ad naturā infimā.i.humanā fuit nobis maīfeſt⁹: q̄tum v̄o ad naturā mediā.i.aiam.fuit partim occultus ꝛ partim manifeſt⁹.ſed q̄tum ad naturā ſummā.i.diuinā.fuit nobꝭ valde anguſtus.i.occult⁹. Iſtud aūt triticū fuit generatū in vētre ipſi⁹ b̄ndicte v̄gis q̄ fuit vallatus lilijs. Et dicit lilia in plurali.qꝛ oīa q̄ in ipſa fuerunt pura ꝛ mūda fuerūt.habuit em̄ mūdas cogitatōes:intētiones:locutōes ꝛ opationes. Et dicit vallat⁹.qꝛ venter eius lilijs puritatis ꝛ mūdicie vndiq3 fuit circūdatus.ſ.int⁹ ꝛ extra.ſurſum ꝛ deorſum.a dextris ꝛ a ſiniſtris.an̄ ꝛ retro.ita ꝙ hoſtis i ei⁹ cor nunq̄3 intrare potuit.nec aliquā impuritatē immittere valuit. Nā int⁹ inueniebat lilium puritatis.extra liliū caſtitatis.ſurſum liliū ꝯtemplatiōis.deorſum liliū hūilitatis. a dextris liliū tempantie.a ſiniſtris lilīu3 patientie.ante liliū ꝓuidentie de futuris.retro liliūm iuſticie de p̄teritis. Ex q̄bꝰ ꝑ3 q̄3 vere locuta ſit p̄dicta mulier dicens. Beatus vēter q̄ te portauit. Nos v̄o dicere poſſumus Beatus venter Marie v̄ginis q̄ fuit thalamus xp̄i.iux̄ illō pſ.xviij. Tāq3 ſpōſus ꝓcedens de thalamo ſuo.q̄ fuit req̄es ſaluatoris ſui. Un̄ ipa v̄go inq̄t Ecc̄i.xxiiij. Qui creauit me req̄euit in tabernaculo meo. Qui fuit fons oīm gratiarum.iuxta illud Can̄.iiij. Fons ortoꝝ:pute⁹ aquaꝝ viuentiū ꝛc̄. In h̄ aūt diſtat ille fons ab alijs fontibꝰ ꝙ alij fontes aquā hauriūt ab inferiori.ꝛ redundant ad ſupius. Iſte v̄o fons celeſtis aquas ſuaꝝ graꝝ h̄uit a ſupiori.i.ab altitudine trinitatꝫ ꝛ fluit ad nos inferius per dona ſue largitatis. O b̄tiſſime vēter mr̄is dei.ꝑfecto tu fuiſti apotheca oīm chariſmatū dei. Un̄ Ber. inq̄t. Apotheca ē Maria oīm graꝝ in q̄ celeſtis pigmētari⁹ cū oībꝰ ſuis vnguētis ſe collocauit.ꝛ cū oīmibꝰ delicijs accubuit. Tu fuiſti ſpūſſc̄ti habitaculū.vn̄ inq̄t angel⁹ Lu.j. Spūſſc̄tus ſupueniet in te.v̄e em̄ ſupuenit qꝛ ſup oēm aliā creaturā i te deſcēdit. Tu fuiſti armariū diuīe ſapie.ꝯtinēs illū de quo dꝛ ad Col'.j. In q̄ ſunt oēs theſauri ſapientie ꝛ ſcie dei abſcōditi. Tu fuiſti receptaculū lucꝫ eterne:ꝯcipiēs illū de q̄ ſcriptū eſt Sap.vij. Candor eſt lucꝫ eterne ꝛ ſpeculū ſine macl'a. Et Heb.j. Qui cum ſit ſplēdor glie ꝛc̄. Tu mūdo ꝓduxiſti ſuauitatē diuini odorꝫ. Un̄ dicere potes illud Ecc̄i.xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris.iō adoleſcentule.i.aīe deuote.clamāt ꝛ dicunt illud Can̄.j. Trahe me poſt te:in odorē curremꝰ vnguentoꝝ tuoꝝ. Tu pepiſti paradiſi dulcorē:illu3 vic3 q̄ dixit Can̄.j. Spūs me⁹ ſup mel dulcis. Tu ꝓtuliſti ignē et̄nū diuini amorꝫ.illū ſc3 de q̄ ſcp̄tū ē ad Heb.xij. De⁹ nr̄ ignis ꝯſumens eſt. Qui q̄dē ignis in te nouē mēſibus habitās:totā te charitatis ardore incendit. Un̄ Hiero.in ſmone ad Euſtochium ait. Mariā totā impleuerat ſpūſſanctus ac totam incanduerat diuin⁹ amor.ita vt i ea nihil eſſet qō mūdanus violaret affect⁹. Sic̄ em̄ auꝝ ad p̄ſentia3 ignis liqueſcit.ſic ꝛ eius aīa ad p̄n̄tiā ignis diuini tota liq̄facta fuit. Un̄ ipa v̄go beatiſſima dicebat illud Can̄.v. Anima mea liquefacta eſt. Eius q̄3 vēter dulcedine indicibili repletus eſt. Et ad hoc exponi poteſt illud quod ipſa ſponſa dei iq̄t Can̄.v.ſ.venter meus intremuit ad tactum eius.ſc3 ex nimia ꝛ inſolita ſuauitate quam ſenſit in conceptiōe illius. De h̄ ſc̄tiſſimo vētre exponi poſſunt illa v̄ba Prouerb.xviij.ſ.

Venter Marie ꝯmēdat.

Eſt thalam⁹ ſpōſi.

Eſt apotheca.

attribuant deo.ſ.de fructu orꝫ mei replebitur
vẽter eiꝰ. Iſte ẽ ille vẽter btiſſimꝰ q̇ nob pe/
perit fructũ ⁊ mercedẽ ſalutis eterne Unde
Dauid pſ.cxxvj.inq̇t.Cũ dederit dilectꝭ ſu
is ſomnũ.ecce hereditas dñi filij merces fru
ctus vẽtrꝭ.De q̄ fructu ad dei dexterã exaltã/
do potuit deꝰ dicere ipi btẽ ꝟgi illð .pſ.cxxxj
ſ.De fructu vẽtrꝭ tui ponã ſuper ſedem meã
De ſecretꝭ aũt ꝯſolatõibꝫ huiꝰ btiſſimi ven/
tris ꝟginalis poſſumus dicere illud Prouẽ.
xj.Quis inueſtigabit oĩa ſecreta ventris: De
iſto etiã vẽtre pleno aq̄ diuie dulcedis pnci/
palit̃ itelligi debẽt ꝟba ſaluatorꝭ nr̃i Joh.vij
dicẽtꝭ.De vẽtre eiꝰ fluẽt aq̄ viue. Talẽ ḡ ꝯſi
deremꝰ ventrẽ ⁊ replebimꝰ mentẽ.Exclame
mus q̄ꝫ cũ deuota mlĩere p̄dicta.⁊ dicamus
dño nro Jeſu xp̄o.Btũs vẽter q̇ te portauit
vẽter.ſ.imaculatꝰ.vẽter intactꝰ.vẽter ſanctꝰ.
puritate plenꝰ.innocẽtia decoratꝰ. vterꝰ illi/
batus.vterꝰ mũdiſſimꝰ.venter impollutus.
Btũs vẽter q̇ eterne btitudis aditũ reſera/
uit.btũs vẽter q̇ orbẽ vniũſum bñdictiõe re/
pleuit.btũs vẽter p̄ quẽ pctõres veniã.iuſti
grãm.angeli leticiã.filiꝰ dei humane carnis
ſbam.totaq̄ꝫ trinitas gl'iam pcepit.¶De bea
titudine ꝟo vberꝫ ſequit̃.⁊ vbera q̄ ſuxiſti.ſ.
ſunt btã.ipa em̃ pauerũt paſcẽtẽ oĩa.Sꝫ ſci/
endũ eſt ꝙ btã ꝟgo hꝫ vbera ſpũalia. q̄ ſunt
eius pietas ⁊ charitas q̇bꝫ nos ꝯſolatur ⁊ nu
trit.Iuxͣ illud Iſa.lxvj .Satiami ab vberi
bus ꝯſolatõis veſtre¶Habẽt aũt vbera vim
attractiuã.ꝯuerſiuã ⁊ effuſiuã. Primo hñt
vim attractiuã:cum ſint ſpongioſa ⁊ poroſa
Et eodẽ modo vbera ꝟgis bñdicte hñt vim
attractiuã:quia nos ad ſe ⁊ ad deũ trahunt.
Sũt aũt quattuor que naturalit̃ trahũt.ſcꝫ
ſimile.calidũ.⁊ quedã pprietas rerꝫ.ſic patꝫ
in adamãte.⁊ vacuũ.⁊ ſil'r iſta q̄ttuor iducũt
btãm ꝟginẽ:vt p vbera ſue charitatꝭ ⁊ pieta
tis nos ad ſe trahat.Uñ ppt̃ iſta q̄ttuor poſ
ſumus ſibi dicere illð Cañ.v.Aperi mihi ſo/
ror mea.amica mea.columba mea. ⁊ imacl'a
ta mea.Primũ quidẽ qð attrahit eſt ſimile.
⁊ ideo ipa nos debet attrahere ppt̃ ſilitudinẽ
nature.vñ ei dr̃ Soror mea.Ut em̃ ſcriptum
eſt Eccĩ.xiij.Omne aĩal diligit ſimile ſibi.
Secundũ qð attrahit ẽ calidũ.⁊ iõ ipa nos
debet attrahere ppter calidũ charitatꝭ itime.
⁊ hac rõe dr̃.amica mea.i.que me intime di/
ligit.Uñ ipa inq̇t Cañ.v.Ego dilecto meo
ſcꝫ intẽdo p amorem.⁊ ad me conuerſio eius
Tertiũ qð attrahit eſt pprietas naturalis.
ſicut apparet de calamita attrahente ferrum
⁊ ideo ipa virgo nos ferreos.i.in malo obſti/
natos ⁊ duros dꝫ attrahere ppter pprietatẽ
ſue miſericordie.Sicut em̃ deo ẽ pprium miſere
ri ſp ⁊ pcere.ſic etiã mr̃i eiꝰ.⁊ iõ ſubditur.Co
lumba mea.Sicut em̃ colũba caret felle.ſic et
ipa nõ hꝫ fel amaritudis:ſꝫ tota plena ẽ dul
cedine pietatꝭ.Iõ ei dr̃ Cañ.j.Meliora ſũt
vbera tua vino:fragrãtia vnguẽtis optimis
Ubera em̃ Eue fuerũt plena vino.i.ſentẽtia
mordacis iuſticie.Sꝫ vbera beate ꝟgis fue/
runt meliora.q̄r plena ſunt lacte dulcꝭ miſe/
ricordie.Quartũ qð attrahit eſt vacuũ.⁊ iõ
ipa nos dꝫ attrahere ppt̃ vacuũ hũilitatꝭ p
funde.vnde ſubdit̃.Immaculata mea.Ipa
em̃ oĩno ſe euacuauit ab oĩbꝫ macul' mundi.
maxime a macula ſupbie.Sicut em̃ ſuperbia
cor fac̃ inflatũ.ſic hũilitas cor facit vacuum.
Quia aũt illud dr̃ vacuũ in q̄ nihil eſt.l.ſi.ff.
de iniuſto.rup.irritoq̄ꝫ te.Ipſa ꝟgo bñdicta
recte vacua ab omni ſuperbia fuit.que nihil
elationis vnq̄ꝫ in ſe habuit.⁊ iõ a tali vacui/
tate regine noſtre debemus attrahi.vt nõ al/
ta ſꝫ humilia ſentiamꝰ.¶Scðo dico ꝙ vbe
ra hñt vim ꝯuerſiuã. ſunt em̃ poſita i pecto/
re vt cordi ſint vicina.vt ſic p calorẽ cordis
fiat decoctio ſanguinis.⁊ ĩ materia lactis fa/
cilius ꝯuertat̃.Uñ lac dr̃ ſanguis bis coctꝰ
ſemel in venis ⁊ ſemel in mãmillis.⁊ ſm̃ Pa
piam dr̃ lac a leucos grece qð eſt albũ latie.
q̄r ſanguis in mãmillis efficit̃ albꝰ.vt iquit
Archið.in.c.deniq̄ꝫ.iiij.di. Iſtam autẽ vim
ꝯuerſiuã in nobis hñt vbera virginis gl'ioſe
faciũt em̃ in nobis q̄ttuor ꝯuerſiones.ppter
quas ipa dicit Eccl'i.xxiiij.Ego mater pul/
cre dilectõis ⁊c̃.Primo nãq̄ꝫ p vbera ſue ca/
ritatis ⁊ pietatis ipa ꝯuertit frigus noſtꝫ in
calorẽ.qñ a nobis expellit torporẽ.⁊ nob dat
feruentẽ amorẽ.Iõ dic̃.Ego mr̃ pulcre dile/
ctiõis.i.q̄ frigus ⁊ torporẽ expello ad calorẽ
diuini amoris iduco.Scðo ꝯuertit noſtrũ
merorẽ in gaudiũ ⁊ delectatõꝫ.qñ.ſ.aufert tri
ſticiã ſeculi.⁊ dat timorẽ dei.ſ.filialẽ.q̄ quidẽ
eſt delectatio cordis.Iuxͣ illð Eccĩ.j.Timor
dñi delectabit cor.⁊ dabit leticiã ⁊ gaudiũ ĩ
longitudinẽ dierꝫ.Iõ ſequit̃.⁊ timoris.De
iſta aũt delectatõe dr̃ Iſa.xv.Delectabit̃ in/
fans ab vbere.q̄uis ſi in ppria ſignificatiõe
accipiat̃ infans.ſ.p eo q̇ fari nõ põt.vt in.l.
mulier.ff.de verbo.ob.Unde puer ſtatim cũ
egreditur de vtero matris dicit̃ infans.l.arc
truſa.ff.de ſta.ho.Iſta verba principaliꝰ in/
telligi poſſint de domino noſtro Jeſu xp̄o in
fante qui delectabatur ſugere vbera ſuauiſſi/
ma matris ſue benedicte.Tertio ꝯuertit te/
nebras noſtras in lucem quando ſcilicꝫ expel

Commen/
dãt vbã
marie:q̄
tria hñt.

Ubera
hñt vim
ꝯuerſiuã

lit a nob ignorãtiã ⁊ errorẽ.⁊ dat verã dei co
gnitionẽ. Jõ ſbdit.⁊ agnitõis. De hac ãt ỽ/
tute exponi põt illud Jſa.lv.mãmilla regu;
lactabimi. Reges em̃ fuerũt apl'i ⁊ ſacri ex/
poſitores. Horũ ỽo regina fuit beata virgo
Maria. Tũc aũt iſtoꝝ regũ mãmilla lacta
mur qñ coꝝ ſacris doctrinis ac meritꝫ ⁊ exẽ
plis i dei erudimur cognitõe. Quarto ꝯtulit
tẽpeſtatẽ i trãquillitatẽ.qñ.ſ.aufert dubieta
tẽ vacillãtẽ.⁊ dat ſpem aĩe ⁊ trãq̃llitatẽ.idõ
ſbdit.⁊ ſancte ſpei. Spes em̃ aĩam firmat et
trãquillã fac. Juꝫ illõ Heb.vj. Cõfugim⁹
ad tenendã ꝓpoſitã nobis ſpem.quam ſicut
anchora anime habem⁹ tutã ac firam. Jſtam
ſpe; ꝓpha ab vberibꝰ beate ỽginis ſe recepiſ
ſe gloriabaꝰ dicẽs ps.xxj. Spes mea ab vbe
ribꝰ mr̃is mee. ¶ Tertio vbera hñt vim effuſi — Ubera hñt vim effuſiuã.
uam.q: lac effundũt.eſt aũt lac candidũ.ni/
tidum.frigidũ ⁊ pingue. ⁊ ſignificat q̃ttuor
bñficia q̃ recepim⁹ ab vberibꝰ charitatꝫ ⁊ pi/
etatꝫ btẽ ỽgis Marie.de q̃bꝰ dr̃ Tren.iiij.
Cãdidiores nazarei ei⁹ niue.nitidiores lac/
te.rubicũdiores ebore antiq̃.ſaphiro pulcrio
res. Eſt em̃ lac candidũ.q: nazarei.i. eius de
uoti.ab ipa recipiũt cãdorẽ innocẽtie.idõ dr̃.
Cãdidiores nazarei ei⁹ niue. Scdõ lac ẽ mũ
dum.q: ei⁹ deuoti recipiũt ab ea nitorẽ mun/
dicie. Jdeo ſubdiꝰ.nitidiores lacte. Tertio
lac eſt natura frigidũ.q: recipiũt ab ea refri
gerium ꝯtra eſtũ ꝯcupiſcẽtie. Jõ ſubdiꝰ Ru
bicũdiores ebore antiq̃. Ebur em̃ eſt natura
frigidũ. Quarto lac eſt pingue.q: ab ei⁹ vbe/
ribꝰ recipiũt pinguedinẽ deuotiõis interne.
Jõ ſubdiꝰ.ſaphiro pulcriores. Saphir⁹ em̃
hꝫ colorẽ ethereũ.vñ ſignificat celeſte deſide
rium. Eapropter vnuſqſq; deuotus ad alteꝝ
dicat illud Prouerb.vij. Ueni inebriemur
vberibꝰ.ſ.bñdicte ỽgis. Jpa em̃ dat nob tri
plex lac ſpũale. Primũ eſt lac celeſtis doctri
ne.ſicut em̃ nutrix groſſa cibaria comedit et
ſibi incorporat.⁊ in lac ꝯuerſa puero infũdit
Sic btã ỽgo magnas ⁊ difficiles ſnias me/
morie cõmendabat. Juxta illõ Lu.ij. Ma
ria ꝯſeruabat oĩa ỽba hec ꝯferẽs in cordꝫ ſuo
Et illa poſtmodũ ſic digeſta diſcipulis effũ/
dit:vt ait Beda ſup Luca. Secũdo dat no
bis lac pietatis ⁊ miſericordie.ſanguis em̃ i
nobis ſepe accendiꝰ.⁊ ſic cor ad iracundiã cõ
citatur. Sꝫ in beata ỽgine tot⁹ ſanguis ira/
cundie ꝯuerſus fuerat i lac dulcis miſericor/
die.q: nihil in ea ſeueꝝ vel auſteꝝ fuit.ſꝫ to/
ta lactea ⁊ mellea.i.dulcis ⁊ piiſſima extitit
Juꝫ illud Cañ.iiij. Mel ⁊ lac ſb lingua ei⁹
Uñ Bern̄.ait. Reuolue totã ſcripture ſeriẽ

⁊ ſi qd̃ in Maria auſteꝝ inueneꝛꝭ: de cetero
eam ſuſpectã habeas:⁊ ad ipam accedere ve
rearis. Tertio ipa dat nobis lac ſpũalis gr̃e
Uñ dicere põt illud Jſaie.lv. Uenite emite
abſq; argẽto ⁊ abſq; vlla cõmutatõe vinũ ⁊
lac. Per q̃ intelligim⁹ grãm dei letificantẽ et
dulcorantẽ aĩam Ad pſtandũ aũt iſtã grãm
nõ req̃rit beata ỽgo a nobis magnã pcu; ſo/
noritatẽ:ſꝫ tm̃ mẽtis affectũ.⁊ idõ dic. Abſq;
argẽto. Nec req̃rit vt cũ ea ꝯmutatõem ali/
quã faciam⁹:ſꝫ gratis donat.⁊ idõ inq̃t.⁊ abſ/
q; vlla ꝯmutatõe. Nec miꝝ ſi de hoc vino et
lacte ipa nobis abũdãter effundit:cũ co ple
na ſit. Uñ Cañ.v.ait. Bibi vinũ meũ cum
lacte meo. ¶ Sciendũ aũt ꝙ ſanguis q̃ ꝯuer
titur in lac.ex illa duplici decoctiõe de qua ſ.
dictũ eſt:nõ ſolũ trahit albedinẽ:ſꝫ etiã ſapo
roſitatem ⁊ vbertatẽ. Lac igiꝰ btẽ ỽgis ꝓmo — Lac marie habuit tria
habuit albedinẽ quã traxit a duplici decocti/
one. Prima decoctio fuit facta ab igne ſpiri/
tusſancti in vtero mr̃is ſue:qñ ſpũſſctũs ea;
ſanctificauit. Scdã ỽo i filij dei ꝯceptõe qñ
in eã ſpũſſctũs ſupuenit. Scdõ ei⁹ lac habu/
it ſaporoſitatẽ quã traxit a ſpũſſcti depuratio
ne. Nũq; em̃ aliqua mulier habuit lac tã ſa/
poroſum ſicut ipa. Et rõ eſt:q: lac aliaꝝ mu/
lierum hꝫ multũ impuritatꝫ.⁊ idõ nõ põt eſſe
multũ magni ſaporꝫ. Lac aũt btẽ ỽgis ſic fu
it a ſpũſctõ depuratũ ꝙ factũ eſt dulciſſimu;
⁊ nimiũ ſaporoſum.⁊ q: fuit optimi ſaporis
ideo fuit optimi nutrimẽti. De q̃ lacte iquit
Aug⁹.in ſmone annũciatõis. Lacta maria
creatorem tuũ.panẽ celi.pciũm mũdi. Pre/
be lambẽti mãmillã vt ille ꝓ te pcutiẽti prebe
at maxillam.lacta eũ q̃ fecit te talẽ vt ipe fie/
ret in te. Tertio eius lac habuit vbertatẽ a
celeſti ſubminiſtratõne.nõ em̃ lac ſuũ fuit a
natura ꝓpinatũ:ſꝫ de celo largiter ſubminiſtra
tum. Uñ canit eccl'ia. Jpm regẽ angelorũ ſo
la ỽgo lactabat vbere de celo pleno. Jpa igiꝰ
ỽgo tã dulci ac ſaporoſo lacte mãmillas ple/
nas hñs de filio ſuo nato gaudebat.dicẽs il/
lud Cañ.j. Jnter vbera mea cõmorabitur.⁊
ipi filio ſuo blandiẽdo dicebat illõ Cañ.vij
Dabo tibi vbera mea. De iſtis aũt vberibus
predixerat ſponſus celeſtis.qui in eodem.c.i
quit. Erunt vbera tua ſicut botri vinee. Hãc
autẽ matrẽ lactantẽ filium dei ⁊ ipſum par/
uulum Jeſum deſiderabat videre ſinagoga
que dicebat Cañ.viij. Quis det mihi te fra
trem meũ ſugentẽ vbera matris mee? Jpſi
quoq; virgini dicebant patres veteris teſta
menti illud Canticoꝝ.j. Exultabim⁹ ⁊ leta
bimur in te.meõres vbeꝝ tuoꝝ. De iſtis eti/

am vberibꝫ exponere poſſumꝰ illud Jſa.lxvj
Sugetꝭ:⁊ ad vbera portabimi.⁊ ſup genua
blãdiet̃ nob ſic mr̃ blãdit̃ filio ſuo.
❧ ¶ Pars tertia huius ſmonis que dicitur
M oſtenſionis.

Natiuitas chriſti oibꝫ ē oſtenſa

INcarnatio ⁊ natiuitas filij dei oibꝫ
creaturꝭ rõnabilibꝫ ē poſteſa. Prio
angel'.vt inq̃t Aug.v.ſup Geñ.ad
lram.⁊ ſ.Ber.ſup Jone.j.c.di.ꝙ Lucifer co
gnouit naturã hũanã debere puenire ad hãc
dignitatẽ vt eẽt deꝰ. Hoc q̃ꝫ myſteriũ preco/
gnitũ fuiſſe angel' declarat b. Tho.ij.q.q.ij.
ar.vij.¶ Scd̃o h̄ myſteriũ fuit oñſum pr̃iar
chis.videlicꝫ i abel.in q̃ fuerũt tria iuſticie p̄
conia.ſ.ṽginitas.ſacerdotiũ ⁊ martyriũ.qui
bus ipe p̄mꝰ geſſit figurã xp̄i.vt inq̃t Aug.i
li.diuſaꝝ q̃ſtionum ad Oroſiũ ⁊ etiã ſuper
Mat. Uidit etiã h̄ myſteriũ Noe in archa
federꝭ.de quo Geñ.ix.dixit deꝰ. Hoc erit ſi/
gnũ federꝭ int̃ me ⁊ terrã. Arcũ meũ ponã i
nubibꝫ celi. Qd̃ exponẽs Johes euangeliſta
Apoc.x.c.dicit. Uidi alteꝝ angelũ fortẽ de/
ſcendentẽ de celo amictũ nube ⁊ iris in capite
eiꝰ. Jſte aũt angelꝰ eſt filiꝰ dei. Nubes ṽo le/
uis ẽ humanitas de ṽgine ſumpta. Uñ Jſa.
xix.dr̃. Aſcẽdet dñs ſup nubẽ leuẽ. Arcꝰ autẽ
iſte eſt diuinal' miſeratio. Nã in arcu ſr̃ due
ptes.p̄ma q̃ eſt fortꝭ eſt lignũ.ſcd̃a debilis eſt
linũ. Et tñ ps debilior.ſ.linũ ſiue corda incli
nat ptẽ fortiorẽ.ſ.lignũ. Et ſil'r in xp̄o huma
nitas tñq̃ ps debilior inclinauit diuitatem
fortiorẽ ad ſagittãdũ diabolũ ⁊ miſerẽdum
hoĩ. Et iſte arcꝰ appuit in celo.i.in vtero vir
ginali.in ſignum federꝭ.i.noſtre ſaluationis
Abraã q̃ꝫ vidit h̄ myſteriũ.de quo dr̃ Gene.
xv. Eleuãs aũt oculos ſuos abraã cũ occubu
iſſet ſol:apparuit clibanus fumans.⁊ lãpas
ignis tranſiẽs p diuiſiones illas. Per cliba/
num aũt fumantẽ intelligit̃ vterꝰ virginal':
ſpũſancto obumbratꝰ. Lu.j. Per lampadeꝫ
ṽo intelligit̃ xp̄s. Juxta illud Jſa.vj. Sal/
uator eiꝰ vt lãpas accendat̃. Jdeo gauiſus ẽ
Abraã vt dr̃ Joh.viij.vidẽs diẽ dñi incar/
nandi.¶ Jſaac etiã vidit h̄ myſteriũ p figu/

N Figura incarnationis et natiuitatis chriſti

ram que habet̃ Geñ.xxv.vbi dr̃.ꝙ Abraam
dixit ad ſeruũ ſeniorẽ domꝰ ſue. Nõ accipies
vxorẽ filio meo i terra quã habito.ſꝫ ad ter/
ram ⁊ cognatõem meã pficiſceris.⁊ inde ac/
cipies vxorẽ filio meo Jſaac. Et iſta ſponſa
tandẽ fuit Rebecca.de qua in eodẽ.c.dicit̃.ꝙ
eo tp̄e Jſaac ambulabat p viam que ducẽ ad
puteum.cuiꝰ nomẽ eſt viuẽtis.⁊ egreſſus fu/
erat ad meditandũ in agro inclinata iã die.
Cumq̃ꝫ leuaſſet oculos:vidit camelos veniẽ/
tes procul. Rebecca quoq̃ꝫ inſpecto Jſaac de/
ſcendit de camelo.⁊ tollẽs cito palliũ operu/
it ſe. Seruus aũt cuncta que geſſerat narra
uit Jſaac. Qui introduxit eã in tabernacl'm
Sare matris ſue.⁊ accepit eam in vxoreꝫ.⁊
intantũ dilexit eam ꝙ dolorẽ q̇ ex morte ma
tris ſue acciderat temperauit. Allegorice au
tem exponẽdo dico.ꝙ p Abraã qui interp̄ta
tur pater multaꝝ gentiũ ſignificat̃ deus.qui
eſt pater oim p creatiõem. Seruus aũt ſuuſ
fuit Gabriel.cui deus dixit cũ incipere vellꝫ
myſteriũ incarnatõis ſue. Nõ accipies vxo/
rem filio meo in terra quã habito.i.de celo in
quo principaliter habitat.vbi ẽ angelica na/
tura. Non eñ fuit voluntas dei patris ꝙ fili
us ſuus angelicã naturã aſſumeret ſꝫ huma
nam. Unde ad Hebre.ij.dr̃. Nuſq̃ꝫ eñ an/
gelos apprehẽdit ſꝫ ſemen Abrae. Jgit̃ acce
pit filius dei vxorem in alia terra in qua nos
cognati eius.ſ.p animã creatã ab eodem pa
tre habitamꝰ. Hec aũt vxor Rebecca ſignifi
cat humanã naturã ſiue eccl'iam. Rebecca eñ
interp̄tatur multũ accepit.qr magnum fuit:
immo maximũ ꝙ filius dei ſe ei ſociareꝫ.⁊ plꝰ
q̃ꝫ ſi totũ mundũ ⁊ totũ celũ ſibi daret. Jſa/
ac ṽo qui interp̄tat̃ riſus.eſt dei filius.qui ri/
ſus eſt ⁊ gaudiũ oim electoꝝ.⁊ q̇ in ſua nati/
uitate totũ mundũ letificauit. Jpe ṽo egreſ
ſus eſt ad meditandũ in agro.i.in mũdo.qñ
diſpoſuit oĩa que ptinent ad ſalutẽ noſtram
Ambulabat autẽ p viã que ducit ad puteuꝫ
Hec ṽo via eſt charitas.de q̄ Aug.de laudi/
bus eius inquit. Uia igitur es o charitas.
Qualis via:ſupexcellẽs. Cuiꝰ via:hoĩs ad
deũ:⁊ dei ad hoies. Per iſtã viam venit filiꝰ
dei ad puteum. Puteus aũt fuit virgo bene
dicta. Puteus certe plenus aquis ſalutari/
bus. Unde ipſi inquit angelus. Aue gratia
plena. Puteus inquã altus cõtemplatione
⁊ pfundus humilitate. puteus latus chari/
tate.puteus irriguus ſanctitate.puteꝰ apertꝰ
omnibꝫ gratioſitate. Puteus eñ eſt apertus
l.fluminũ.§.fi.ff.de dam.infec.⁊ al's allegat̃.
l.ſi damni.§.item videamus.eodẽ ti.cuꝫ ibi
nõ. Jſte eſt puteus qui appellatus eſt viuen
tis ⁊ videntis. Geñ.xvj. Hic eſt puteus aq̃
rum viuentiũ. Cañ.iiij. Et ideo cuilibet no/
ſtrum dr̃ Prouer.v. Bibe fluenta putei tui.
Sequitur aũt in p̄dicta hyſtoria. Et inclina/
ta erat iam dies.id eſt vltima etas ⁊ finis tẽ
porum erat. Cumq̃ꝫ leuaſſet oculos ſuos in/
tendens in finem mũdi.vidit camelos.id ẽſt
gentiles ad fidem venientes dorſo curuo.qr
idolis erant dediti. Rebecca vero.i.eccleſia.

viſo Iſaac.i.xpo.deſcendit de camelo.i.de cõ/
uerſatione veterẽ vite.ꝛ pallio ſe operuit.qꝛ
p̄ſtinam ꝯuerſatõem erubuit:ꝛ pallio hone
ſtatis ſe cooperuit.quã Iſaac.i.xp̄s intãtuꝫ
dilexit ꝙ eã ſibi in ſpõſam copulauit.ꝛ dolo/
rem q̃ ex morte mr̄is.ſ. Eue vel ſynagoge ac/
ciderat ꝑpter p̄uaricatõem tẽperauit. Hanc
aũt meditatõem Iſaac.ſ.ꝙ tunc cognouerit
xp̄m incarnandũ:declarat eccl'ia que canit de
xpo. Vergẽte mũdi veſpere vti ſponſus de
thalamo:egreſſus honeſtiſſima ꝟginis mr̄is
clauſula. Quibꝫ ꝟbis aliqualiter tãgit hãc
figurã. ¶ Iacob etiã vidit hoc myſterium.qꝛ
vt habet̃ Geñ.xxviij. Vidit ſcalã ſuꝑ terraꝫ
cuius cacumẽ ꝑtingebat ad celũ:ꝛ dominuꝫ
innixũ ſcale.ꝛ angelos dei aſcendẽtes ꝛ deſcẽ/
dentes ꝑ eã:ꝛ ait. Vere dñs eſt in loco iſto.ꝛ
iterꝫ Geñ.xxxij.inquit. Vidi dñm facie ad
faciem ꝛ ſalua facta eſt aĩa mea. Per hãc aũt
ſcalam intelligit̃ humanitas xp̄i:cui ꝯiũcta
eſt diuinitas q̃ eſt leticia angelorꝫ. Joſeph q̃ꝫ
cognouit myſteriũ dñice incarnatõis qñ ex/
poſuit ſomniũ pincerne Pharaonis de tribꝫ
ꝑpaginibꝫ in vite:di. Tres ꝑpagines tres
adhuc dies ſunt:poſt quos recordabit̃ Pha
rao miſterij tui.ꝛ tunc reſtituet te in graduꝫ
p̄ſtinum. Geñ.xl. Tres eñ dies ſignificant
tria tempora.ſ.legis naturalis.ſcripte et gra
tie. In tertio aũt tp̄e deus pater miſertus eſt
generi humano:ꝛ ip̄m reſtituit ad ꝑticipan/
dũ glĩam diuinitatẽ i xp̄o. ¶ Tertio p̄ncipa/
liter dico ꝙ ꝑphete viderũt hoc myſterium.
Moyſes videlicet i rubo ardẽre ꝛ non cõbu
ſto. Exo.iij. Per ignẽ eñ figurabat̃ ſp̄ũſſan
ctus.cuiꝰ ꝟtute ꝟgo ꝯcepit.q̃ igne deſiderat
eccleſia aduri dicẽs deo. Vre igne ſancti ſpi/
ritus renes nr̄os ꝛ cor nr̄m dñe ꝛc̃. Per ru/
bum ꝟo figurabat̃ vterꝰ virginalis. Iuxͣ il/
lud qđ canit eccl'ia dicẽs. Rubũ quem vide
rat Moyſes incõbuſtũ ꝯſeruatã agnouimꝰ
tuã laudabilẽ ꝟginitatẽ:dei genitrix interce/
de ꝓ nobis. Aaron aũt vidit h̄ myſteriũ:qñ
virga ſua ſicca ꝛ arida floruit.frõduit.ꝛ fru
ctum amigdalinũ fecit. Numeri.xvij. Per
hãc eñ virgã figurabat̃ btã ꝟgo.de q̃ Iſa.xj.
p̄dictũ fuit. Egrediet̃ ꝟga de radice Ieſſe:et
flos de radice eius aſcendet.ꝛ h̄ nõ naturali/
ter ſed ꝟtute dei. ¶ Gedeon quoqꝫ h̄ myſteri
um vidit in vellere:qñ pluuia deſcẽdit in vel
lere terra nõ madefacta. Iudicum.vj. Per
pluuiã eñ figurabat̃ dei filius q̃ deſcendit in
vellere.i.in vtero virginis. Iuxta illud.p̄s.
lxxj. Deſcendit ſicut pluuia in vellꝰ terra nõ
madefacta.i.virginitate matris incorrupta

Prophetis oñſa ẽ incarnatio xp̄i.

Iuxta illud qđ canit eccl'ia Qñ natꝰ es ieffa
biliter ex virgine:tũc implete ſunt ſcripture
ſicut pluuia in vellus deſcẽdiſti vt ſaluũ face
res genus humanũ ꝛc̃. Joſue etiã vidit hoc
myſterium i ſtatione ſolis quãdo dixit. Sol
ꝯtra Gabaon ne mouearis.ꝛ ſtetit ſol ſpa/
cio vnius diei in medio celi. Joſue.x. Quia
ſol.i.filius dei.de quo Malach.iiij.dr̄. Vob
timentibꝫ nomẽ meũ oriet̃ ſol iuſticie.ſtetit ĩ
medio celi.i.in vtero virginali. Vñ p̄s.inq̃t
Suſcepimus deꝰ miſericordiã tuã in medio
templi tui. Dauid quoqꝫ h̄ myſteriũ p̄uidit.
qñ ꝑphetauit p̄s.lxxxiij.di. Veritas de terra
orta eſt.id eſt filius dei:qui inq̃t Johis.xiiij.
Ego ſum via veritas ꝛ vita.eſt ortus de ter/
ra.id eſt de virgine Maria. Silr̄ hoc myſte
rium cognouit Daniel ꝑpheta:qui ait ſui li
bri.c.vij. Aſpiciebã in viſione noctis.ꝛ ecce
in nubibꝫ celi quaſi filius hominis veniebat
ꝛ dedit ei dñs poteſtatẽ:honorẽ ꝛ regnũ.po/
teſtas eiꝰ poteſtas eterna q̃ nõ auferet̃.et re/
gnum qđ nõ corrumpet̃. ¶ Quarto p̄ncipa/
liter cognouerũt hoc myſteriũ duodecim ſy/
bille. Quarũ p̄ma ſcꝫ p̄ſica:depingit̃ veſtita
aurea veſte cũ velo albo in capite. Scđa ꝟo
ſcꝫ lybica:depingit̃ ornata ſerto viridi florꝫ
in capite:veſtita pallio honeſto ꝛ non multũ
iuuenis. Tertia aũt Delphica veſtita veſte
nigra.ꝛ capillis circũligatis capiti.in manu
cornu tenens:ꝛ iuuenis. Quarta ꝟo chimi/
ca:veſtita celebina veſte deaurata.capillis ꝑ
ſcapulas ſparſis:ꝛ iuuenis. Quinta autem
ſcꝫ Erithrea monachali veſte induta.nigro
velo in capite.manu geſtans gladiũ nuduꝫ
non multũ antiqua:mediocriter facie turba
ta.habens ſub pedibus circulũ aureũ orna/
tum ſtellis ad ſimilitudinẽ celi. Sexta vero
ſcꝫ Samia iuuenis:habens formoſuꝫ pectꝰ
ſubtili velo capite cooperto.manũ ad pectuſ
tenẽs:enſem nudũ ſub pedibꝫ habens. Se/
ptima aũt ſcꝫ Cumana:veſtita aurea veſte:
librũ apertũ ꝛ altũ in manu geſtans.ꝛ aliuꝫ
librũ in ſiniſtra habẽs ſuꝑ genu capite diſco
operto. Octaua ꝟo.ſ. Heleſpõtina vetula ꝛ
antiqua:veſte rurali induta.ligato velo an/
tiquo:capite ſub gula circumuoluto vſqꝫ ad
ſcapulas q̄ſi deſpecto habitu. Nona autẽ.ſ.
Frigia:induta veſte rubea.nudis brachijs.
ãtiqua facie ſaturnina.crinibꝫ ſparſis ꝑ dor/
ſum:digito indicãs. Decima.ſ. Tyburtina:
mltũ ſenex.veſte rubea induta.deſuꝑ ad col
lũ pellẽ hircinã ꝑ ſcapulas hñs.capillis diſ/
coopertis.breue i manu tenẽs. Undecima.ſcꝫ
Europa.decora.iuuenis.facie rutilãs.velo

Sybille etiã cognouerũt icarnatiõem chriſti

ſubtiliſſimo capite ligato . induta veſte au/
rea: breue in manu tenens. Duodecima. ſcȝ
Agrippa: veſtita roſea veſte: nō multū iuue
nis. manū tenēs in gremio q̄ſi admirās. ⁊ ſi/
niſtrā manū tenēs oñdens dorſum cū breui
ſcripto. Quaꝝ dicta hic nō refero. quia ſup̄
poſui in p̄mo ſmone huiꝰ ptis. Et in prima
pte roſarij ſermonū. ſermone. xiiij. ¶ Quīto
p̄ncipaliter dico ꝙ hoc myſteriū fuit oſtēſum
⁊ declaratū viſibiliter patribꝫ noui teſtamen
ti. quibꝫ inq̄t ipſe ſaluator Luc. viij. Vobis
datū eſt noſſe myſteriū regni dei. Unde etiā
apoſtolis dicebat Luce. x. Beati oculi q̄ vi/
dent q̄ vos videtꝭ. ſ. filiū dei hūanatū ⁊ natū
ex ꝟgine.

¶ Pars quarta huius ſmonis que dicit̄ inductionis.

R. Xps vēit i carnē vt eſſet mgr̄ noſter

Si queraẗ q̄d induxerit filiū dei veni
re in hūc mundū: Rñdeẗ vltra p̄di
cta ſm ſanctū Bonauē. in vltima q̄/
ſtione plogi ſniaꝝ ꝙ ipſe dñs venit vt eſſet
magiſter noſter. Si em̄ ipſe nō doceret . fru/
ſtra quis legendo laboraret. Legerat ipſe in
illo ſtudio celeſti ſubtilē theologiā. theologi
caſqȝ altiſſimas ſpiritibꝫ angelicis i throno
diuinitatis in medio trinitatis. Et nunc ve/
nit practicare ſtādo inẗ Mariā ⁊ Joſeph in
medio bouis ⁊ aſini. Quia em̄ hō p peccatuȝ
factus erat vt beſtia. iuẗ illud ps̄. Cōparatꝰ
eſt iumētis inſipientibꝫ ⁊ ſimilis factꝰ eſt ill̄.
Ideo in ſtabulo ⁊ inter beſtias eum queſiuit.
ibiqȝ poſuit ſuā cathedrā ad legēdū oēs ſciē/
tias. taliter ꝙ q̄libet de quacūqȝ ſciā ibi poſſet
diſcere.

Quō oēs artes di/ſcantur a chriſto

O grāmatice veni ſi vis audire tuā
lectōem. Dicit ille p̄ceptor interrogās pueꝝ.
Quot ſunt partes orōnis: Et ipſe reſpōdet
Octo. ſ. Nomē ꝟbum ⁊c̄. Et ego dico tibi ꝙ
inuenies practice oms has ptes in h̄ puero.
Primo em̄ eſt nomē. qꝛ Jhs. Scdo ꝟbū. ſ.
eternū. Tertio pticipiū. qꝛ capit nomē ⁊ ver
bum. i. hūanitatē ⁊ diuinitatē. Quarto eſt p
nomē. qꝛ appellaẗ xps. ⁊ nos nunc dicimur
xpiani a xpo. ⁊ in paradiſo appellabimur ie
ſuani a Jeſu. Quinto eſt p̄poſitio. cui vnuȝ
tm̄ accidit. i. qꝛ ſeruit caſui. ⁊ tm̄ accuſatiuo
⁊ ablatiuo. nō nominatiuo. i. illis q̄ appetūt
nominari ⁊ exaltari ſup alios ex ſupbia. Nō
genitiuo. i. illis q̄ gloriant̄ d̄ genere. vel q̄ ge
nerationi laſciue. i. luxurie deſeruiunt. Non
datiuo. i. his qui dant ad rodendū proximo
Nec vocatiuo. i. adulatoribus ⁊ ſimulatori/
bus ac hypocritis q̄ dicunt domine domie ⁊c̄
Seruiuit tamē accuſatiuo. qꝛ orauit p accu
ſatoribus ⁊ crucifixoribus . Et ablatiuo. id ē
his qui ſibi abſtulerūt honorē . p quibꝫ apd̄
p̄rem interceſſit. vt habetur Luc. xxiij. ⁊ p̄di
ctum fuerat Iſa. liij . O rethorice ⁊ tu q̄d q̄/
ris: Nonne ita ornate eloq̄ vt corda flectere
poſſis: Sȝ q̄d tantū inflexit mundū q̄tum
doctrina xpi: Unde humanū genus pōt di
cere de xpo illud quod dicit̄ in. iiij. eney. So
lus hic inflexit ſenſus animūqȝ labantē Im
pulit. O dialetice quid q̄ris: Certe ꝟitatē.
Ueni igit̄ ad pueꝝ iſtum q̄ eſt ꝟitas Johis
xiiij. ⁊ c. qui ꝯtempta. viij. diſ. O ariſmetri/
ce quid queris: Nōne numeꝝ: Uñ incipis
numerare dicēs. Unus. duo. tres ⁊c̄. Ecce ꝙ
in hoc puero eſt vnus. i. vna pſona. duo. i. di
uinitas ⁊ humanitas. ⁊ tres. i. anima. corpꝰ:
⁊ eterna maieſtas. O geometra: q̄d q̄ris niſi
figuras circulares ⁊c̄. Audi quid de deo dicit
Triſmegiſtus Deus eſt ſicut ſpera intelligi
bilis cuius centrū eſt vbiqȝ: circūferentia ꝟo
nuſq̄. Sed in ipſo quadraẗ circulus. qꝛ ipſe
deus factus eſt homo q̄ eſt de quattuor elemē
tis ⁊ humoribꝫ. O muſice: veni ſi vis audi/
re melodiā dulciſſimā Nunq̄ em̄ audiſti tā
ſuauē armoniā de fa nature acute. i. factoris.
in fa nature grauis. i. facture. ⁊ inter has no
tas cantāt om̄es angeli ⁊ ſancti. O aſtrono/
me: vis bene diuinare: veni ad preſepiū ⁊ in
uenies pulcerrimū aſtrolabiū in q̄ poterꝭ vi
dere tuā fortunā. vade ⁊ inſpice ⁊ videbis ſo
lem in ꝟgine inẗ ſcorpionē ⁊ librā. i. deū iratū
⁊ iuſte punientē. O nobilis intellectꝰ: vis al
tas res addiſcere: vade ad ſcolā iſtiꝰ bambi/
ni. qꝛ ipe eſt infinite ſapie. Nā ſapie eiꝰ non
eſt numerꝰ. ps̄. cxlvj. O phe q̄d q̄ris niſi ſa/
pientiā humanoꝝ vel celeſtiū. veni ḡ ad p/
uulū iſtū q̄ oñdet tibi mūdanaꝝ ⁊ tpaliū re/
rum vanitatē. Juẗ illud Ecc̄s. j. Uanitas
vanitatū ⁊ oīa vanitas. ac faciet amare cele/
ſtia: dicēs. Que ſurſum ſunt querite: nō que
ſup terrā. Col. iij. O iuriſta q̄ optas ſcire iu/
ſticiā bñ admiſtrare. i. ius ſuū vnicuiqȝ tribu
ere ⁊c̄. l. iuſticia. ff. de iuſti. ⁊ iu. veni ad gym
naſiū huiꝰ paruuli q̄ tibi oſtendet hoc facere
dicens. Reddite que ſunt ceſaris ceſari: et q̄
ſunt dei deo. Mat. xxij. O medice: ecce ꝙ al/
tiſſimus de terra. i. de ꝟgine Maria: creauit
medicinā. Ecci. xxxviij. Nā puer iſte factus
eſt oīm lāguētiū medicina. q̄ ſolo ꝟbo curat
oīm infirmitatū genera. Uñ Sapie. xvj. i/
q̄t Salomon illi. Tuꝰ dñe ſmo ſanat omīa
O theologe: vis veram ſciam de deo: Ecce ꝙ
puerulus iſte deꝰ eſt: qui docet hoīem ſciam.
ps. xciij. Iſte autem omniuȝ doctorum opti/
mus non in throno ſedet aureo: vt faciebat

Hiarchas bragmanus.ſicut refert Hiero. i
ep'la ad Paulinū.docēs de natura ⁊ de mori/
bus.ac de curſu dierꝫ ac ſyderꝫ. Non in regali
requeſcit ſolio.ſic̄ Salomon.j.Paral'.xxviij.
diſputās ſup lignis.a cedro lybani vſqꝫ ad
iſopū.⁊ diſſerēs de iumētis ⁊ volucribus.re/
ptilibuſqꝫ ⁊ piſcibꝫ ⁊c̄.iij.Re.iiij.Ecce enim
pl' q̄ꝫ Salomō hic Matth.xij. Sed eius
ſchola eſt diuerſoriū.eius cathedra p̄ſepium
Ipſius ſedes eſt fenū. O digniſſima ſchola
o ſacratiſſima cathedra. ¶ Currite om̄es ⁊ p
gite ad audiendū iſtū paruulꝫ qui multas
legit lectiones. Prima eſt q ipſe verus deus
⁊ homo eſt ſup om̄ia diligēdus. Ratio ē:q̄a
ipſe prior dilexit nos:⁊ tradidit ſemetipſum
p nobis.j.Joh.iiij. Sc̄da q ei eſt inſtanter
obediendū:quia ip̄e p nobis fact' eſt obediēs
⁊c̄.ad Phil'.ij. Tertia q p ipſo ⁊ proximo ē
moriendū.j.Pe.ij. Chriſtus p nob paſſus
eſt vobis relinquēs exemplū: vt ſequamini
veſtigia eius. Quarta q oportet ſemp orare
⁊ nunq̄ꝫ deficere. Luc.xviij. Ipſe em̄ non ſo/
lum i vita:ſed etiaꝫ p̄rimus morti orauit in
cruce.vt d̄r ad Heb.v. Quinta q a pctō eſt
abſtinendū. Ip̄e em̄ venit effundere ſangui
nem: vt nos lauaret a peccatis noſtris. Apo/
cal'.j. Sexta q mūdus eſt ſpernendus: ſicut
ip̄e poſtea fecit fugiens:cū iudei vellēt eum
facere regē. Joh.vj. Septima q inimicꝫ eſt
parcendū: ſic̄ ip̄e poſtea fecit ſuis occiſoribꝫ.
Lu.xxiij. Octaua q ab incepto opere bono
nō eſt ceſſandū.ſicut ipſe poſtea egit qui ab ī
cepto humane redemptōis ope nunq̄ꝫ ceſſa/
uit donec pfecte compleuit. Unde i cruce di/
xit. Cōſummatū eſt. Joh.xix. Item licꝫ ſibi
a iudeis ſuggeretur vt deſcenderet de cruce.
Matth.xxvij. Ip̄e tn̄ noluit:ſꝫ i cruce volu
it mori ⁊ terminare. Nona q pene ⁊ aduer/
ſa ſunt patiēter tolerāda.quod poſtea oñdit
facto. Ipſe em̄ in tot tribulatiōibꝫ nō aperu
it os ſuū: vt p̄dictū fuerat Iſa.liij. Decima:
q caro eſt macerāda. Juxta illud ad Col'.iij.
Mortificate mēbra vr̄a ⁊c̄. Ip̄e em̄ vt nos
ad p̄dicta animaret: venit ad tolerandū mul
ta mala.⁊ ſponte ſubdidit corpus multis af/
flictiōibꝫ. Un̄ inq̄t Iſa.l. Corp' meum dedi
pcutiētibꝫ ⁊ genas meas vellētibꝫ. Faciem
meā nō auerti ab increpātibꝫ ⁊ ꝯſpuentibꝫ i
me. An̄ em̄ q̄ꝫ deus incarnaret̄ dicebāt homi
nes. Dio a ha bon tempo. Non prouo mai
vno affano al mūdo. Et ideo ipſe venit expe
riri ⁊ probare vt exēplo ei' diſcam' aſpera ſuf
ferre:et ſenſualitatē mortificare et refrenare
Et ppter hoc etiam in magna ſiti potari vo/
luit aceto ⁊ felle. Joh.xix. Undecima lectio
fuit q ꝯtinue debem' aīam nr̄am recomenda
re. Qd̄ ip̄e poſtea fecit q̄ in cruce ſpūm ſuum
p̄ri ꝯmēdauit. Luc.xxiij. Duodecima lectō
fuit de omnibꝫ virtutibꝫ. Supbis em̄ legebat
de humilitate quā i ſeipſo oñdebat.quia exi/
naniuit ſeipm ⁊c̄.ad Phil'.ij. Auarꝫ de euā/
gelica pauptate.q2 inuolutus erat vilibus
pāniculis.⁊ ſic de ſingulis. Stabat autē ad
pedes Salomonis regina Sabba.i.virgo
bn̄dicta.audiēs ſapiam ei' q̄ fact' eſt nob ſa/
piētia a deo.j.Cor.ij. Has aūt lectiōes cepit
legere mgr̄ iſte exími' i diuerſorū gymnaſio.
q̄s repetiuit poſtea i doctorꝫ medio i templo.
Lu.ij. Sꝫ lecturā ſuā ꝯpleuit i crucꝫ pulpi
to. ¶ Uenit q̄ꝫ fili' dei i mundū vt infinitaꝫ
ſuā charitatē ⁊ clementiā demonſtraret. Ut
em̄ dic̄ Pe.dami.in tertio In h̄ xp̄i myſterio
pfundū pelagus diuine clemētie demōſtrat̄
Apte ſunt em̄ catharacte celi.⁊ deſcēdit abun
dātia bonitatis diuīe. Un̄ apl's Eph.ij.ait.
Propter nimiā charitatē ſuam qua dilexit
nos deus:cū eſſemus mortui peccatis: cōui/
uificauit nos xp̄o:cui' grā ſaluati ſumus: vt
oſtenderet abundātias diuitias grē ſue i bo/
nitate ſup nos i xp̄o ieſu. Et.j.Joh.iiij.dicit̄
In h̄ apparuit charitas dei in nobis q̄m fili
um ſuū vnigenitū miſit i mūdū vt viuam'
p eū. O xp̄iane:ama benignū filiū ꝟgis quē
amor trāſportauit de celo ad terrā. O chari/
tas om̄ipotēs ligās om̄ipotentē. O dulciſſi/
me paruule.o benigniſſime Jh̄u.o clemētiſſi
me dn̄e celi ⁊ terre.quare in mundū veniſti?
Certe ſi digneris mihi r̄ndere: dices. Per
farte inamorare. Fecerat nāq̄ꝫ de' hominem
ad imaginē ſuā. Gen.j. Sed videns q nec
ſic amabat eū:ait. Ego faciā me ad imaginē
⁊ ſil'itudinē ei'.vt vl' ſic amet me in ſeipſo.i.
in ſua imagine ⁊ ſil'itudine.q2 ſil'itudo ē cau
ſa dilectōis.viij.eth. Ama ḡ frēm tuū et car/
nem tuā.⁊ dic paruulo Jeſu illud Can.viij.
Quis mihi det te frēm meū ſugentem vbera
matris mee vt inueniā te ⁊ deoſculer.⁊ iā me
nemo deſpiciat? Nō pt aūt q̄s ſe excuſare: q2
fact' eſt viſibil' ⁊ oibꝫ ſenſibꝫ ſenſibilis. vade
igit̄ ⁊ amplectere eū. ¶ Sed dicet aliquis.
Si fuiſſem ego in bethleē qn̄ natus eſt rece/
piſſem eū ⁊c̄. Sed quō recepiſſes tunc cum
nō cognoſceret̄ ſi nūc cognitū nō recipis? Et
q̄s eius corpus i hac feſtiuitate ea q̄ conuenit
deuotiōe ⁊ pparatōe recepit? Tātam ergo
clementiā demonſtrauit deus ſciens q ad fa/
ciendum ſe amari nulla melior ē via q̄ꝫ ama
re. Et dixit. Et quo hō me nō amat. tanta ſi/

Quomō xp̄s legit m'ltas lectiones

Propt̄ caritatē venit in mundū

gna amoris ei oſtendā ꝙ me amabit. ligabo
em̄ eū cathena aurea dilectiōis ⁊ charitatis.
Qui aūt ab oib⁹ dꝫ amari: iō voluit aduen
tum ſuum toti mūdo intimari. Vn̄ ſicut qn̄
dn̄s papa vult egredi de palacio: tota roma/
h̄ intelligit ad excuſſiōꝫ bombarde de caſtel/
lo ſcti angeli. Ita egreſſus maximi pape .i. fi/
lij dei de vtero ꝟginali īrimat⁹ fuit ꝑ itonatōꝫ
impial' edicti. Vn̄ dꝫ Lu.ij. Exijt edictuꝫ a
ceſare auguſto ⁊c. Et ſic tot⁹ orbis cognouit
aduenisse ſuū dn̄m. vn̄ celū miſit ſtellaꝫ. aer
ſplēdorē. Sol ꝟo (vt ait Amb.) accelerauit
ortū ſuū vt ad marie nuptias veniret. Per
gam⁹ igit̄ ⁊ nos ad viſitādū pueꝝ bn̄dicte ꝟ
ginis. Et ne timeam⁹ ad illā ire q2 aliqn̄ eū
offenderim⁹. Scim⁹ em̄ ꝙ puer turbat⁹ d̄ fa
cili placat̄. Da ei pomū. ⁊ pax facta erit. Va/
de ḡ ⁊ da iſti puulo pomū .i. cor tuū inflāma
tū ⁊ rubicūdū ꝑ feruorē. qđ ipe appetit dicēſ
illud Prouer.xxiij. Prebe mihi cor tuum: ⁊

X

oculi tui vias meas cuſtodiant. ¶ Venit ḡqꝫ

Veīt vt dura fle/cteret

ſaluator noſter in mundū vt q̄ttuor dura: et
quaſi inflexibilia mollificaret ⁊ flecteret: que
erāt iſta .ſ. Celū neminē recipiēs. Angel⁹ ho/
minē nō diligēs. De⁹ hūano generi recōcili/
ari nolēs. Et mors nemini parcēs ⁊ oēs ab/
ſorbens. Sꝫ iſta q̄ttuor fec̄ ꝟginis fili⁹ flex
ibilia. Vn̄ ps. de illo ait Inclinauit celos ⁊ de
ſcēdit ⁊ caligo ſb̄ pedib⁹ ei⁹. Factū eſt em̄ fle
xibile celū vt homines ſuſcipiat. Angel⁹ vt
hoies diligat. Ipe de⁹ deſcēdit ⁊ hoies recon
ciliauit. Et caligo ſb̄ pedib⁹ ei⁹ fuit. q2 mortē
ſuppeditauit. ¶ Venit inſup vt pfectū dn̄i/

Y

um mūdi hr̄e videret. Scd̄m em̄ Dionyſiū

Veīt vt dominiū haberet.

ad pfectū dominiū tria req̄runt̄ .ſ. pemineˉtia
ꝯtinētia ⁊ pmanentia. Sꝫ deus nō videbat̄
dn̄ari in mūdo nec q̄ztū ad pemineˉtiā. Iu
xta illud Iſa.lxvj. Facti ſumus quaſi in pn̄
cipio cū nō dn̄areꝛ nr̄i. nec q̄ztū ad ꝯtinētiā
eiuſdē li.c.xxvj. Dn̄e de⁹ nr̄ poſſederunt nos
dn̄i abſqꝫ te. Nec q̄ztū ad pmanētiā. quia vi
debat̄ a dominio cecidiſſe ⁊ alijs renunciaſſe
Iux̄ illud Iſa.xix. Tradā egyptū ī manu do
minoꝝ crudeliū. Sꝫ ꝑ natiuitatē ſuā ipſum
dn̄ium recupauit. Vn̄ Lu.j. dictū fuit. Hic
erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabit̄ Ecce
pemineˉtia. Et dabit illi dn̄s ſedem Dauid
patris ſui ⁊c. Ecce ꝯtinentia. Et regni eius

Z

non erit finis. Ecce pmanentia. ¶ Venit ḡꝫ

Veīt vt ad opandū habilitaret

vt nos ad bn̄ opandū habilitaret. Vn̄ adue/
tum em̄ ipſi⁹ hoies nullū bonū ꝑ qđ iuſtifi/
carent̄ facere poterāt. Vn̄ dicebat illud Iſa.
liiij. Omes iuſticie nr̄e q̄ſi pānus mēſtruate
Et ideo indigebāt iuſtificatore. Et ꝑpter h̄
factus eſt nobis iuſticia. Vn̄ apl's ad Ro.v.
ait. Iuſtificati ex fide pacē habeam⁹ ad deum

A

ꝑ Ieſum xp̄m. ¶ Venit etiā vt verificaret̄ il
la ꝑphetia Iſa.ix. Popul⁹ q̄ ſedebat ī tene/
bris vidit lucē magnā ⁊c. Tenebre naqꝫ q̄t/
tuor incōmoda inducūt .ſ. horrorē. obſcurita/
tem. triſticiā ⁊ frigiditatē. Ante ipſi⁹ aūt ad/
uentū hoies erāt in tenebris. q2 erāt ī horro
re ⁊ timore. ex eo ꝙ erāt ī poteſtate demonuꝫ
traditi. Vn̄ tūc dici poterat illud Exodi.x.
Facte ſunt tenebre horribiles in vniūſa ter/
ra egypti. Erāt etiā ī obſcuritate: q2 erāt mlˀ
tiplici ignorantia inuoluti. Vn̄ dicere pote/
rant illud Iob.xxxviij. Nos q̄dē inoluimur
tenebriſ. Erāt q̄ꝫ in triſticia. q2 dei viſiōe erāt
priuati. Vn̄ dicere poterat humanū gen⁹ il/
lud Thob.v. Quale gaudiū mihi eſt q̄ in te
nebris ſedeo ⁊ lumē celi nō video. Erāt etiā
hoies ī frigore. q2 erāt ab igne diuini amoriſ
elōgati. De q̄ dic ipe ſaluator Luc.xij. Ignē
veni mittere ī terrā. Iſte aūt ppl's ambulās
in tenebris hodie vidit lucē magnā .ſ. dn̄m
Ihm q̄ ait Ioh.viij. Ego ſum lux mundi.
¶ Lux aūt hꝫ aſſecurare. illumiare. letificare

B

⁊ calefacere. Primo ḡ xp̄s aſſecurauit hoieꝫ

Lux facˉ q̄ttuor

expellēdo ab eo timorē ac refrenādo demōis
ꝑtātē. Vn̄ ps. inq̄t. Ort⁹ ē ſol .i. xp̄s. ⁊ cōgre/
gati ſunt .ſ. demones. ⁊ ī cubilib⁹ ſuis colloca
bunt̄. Scd̄o nos illuminauit dans verā dei
cognitōem. iuxta illud Lu.j. Illumiare hiſ
q̄ in tenebris ⁊ ī vmbra mortꝭ ſedēt: ad diri/
gendos pedes nr̄os in viā pacꝭ. Tertio nos
letificauit reſtituēs dei viſionē. de q̄ exponi p̄t
illud Prouer.xv. Lux oculoꝝ letificat aīam
Quarto nos inflāmauit infundēs diuinum
amorē. Vn̄ ps. inq̄t. Ignem miſit vt luceret
eis ꝑ noctē. Iſta q̄ꝫ q̄ttuor hodie angelus de
celo nobis attulit. Remouit em̄ obſcuritatē
⁊ induxit illuminatōꝫ. Vn̄ de paſtoribus dꝫ
Lu.ij. Claritas dei circūfulſit illos. Remo/
uit etiā timorē ⁊ īduxit ſecuritatē cū ait No
lite timere. Remouit q̄ꝫ triſticiā ⁊ īduxit leti
ciam di. Ecce euāgelizo vob̄ gaudiū magnū

Gaudiū magnū ī natiuitate chriſti

¶ Hoc aūt gaudiū fuit magnū q̄ztū ad qua
druplicē dimēſionē. Nā fuit altū taliṫ ꝙ vſ/
qꝫ ad celos aſcēdit. ⁊ angl'os ſic letificauit: ꝙ
celos reliquerūt: ⁊ ad paſtores veniētes ſuū
eis gaudiū retulerūt. Fuit etiā pfunduꝫ. q2
infernū penetrauit ⁊ ſctōs pr̄es q̄ erāt ī lym/
bo letificauit. iux̄ illud Iſa.ix. Ambulātib⁹ ī
regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Fuit
quoqꝫ longū quia iuit vſqꝫ ad orientē ⁊ ma/
gos ſic letificauit ꝙ ſua regna reliquerunt ⁊
ad pueꝝ cucurrerūt. Iuit etiam in occidērē:

vbi auguſtū letificauit.ita ꝙ ipſius xp̄i ima/
gine viſa thura illi obtulit. Vn̄ Sap. viij.
d̄r: Attingit a fine vſq̄ ad finē fortr̄ ꝛc. Fu
it inſup latū.q2 ꝓfudit p̄teritos. Johis.viij.
Abraā pr̄ vr̄ exultauit vt videret diē meum
vidit ꝛ gauiſus eſt:ait ſaluator. Itē p̄ſentes
Vn̄ angel⁹ dixit paſtoribꝫ. Annūcio vobis
gaudiū magnū quod erit oī pp̄lo. Luce.ij.
Itē extēdit ad futuros. Vn̄ Amb.ait. Hec
eſt gl̄ia natal' dn̄i vt ī futuꝝ trāſeat ad prede
ſtinatos ꝛ ī perpetuum maneat ad deuotos.
Quarto angel⁹ remouit frigiditatē: ꝛ addu
xit veꝝ ignē cū annūciauit xp̄i ortū di. Na/
tus ē vob̄ hodie ſaluator ꝛc. ¶ Sc̄do venit
xp̄s ī mūdū vt hūani generꝫ infirmitates ſa
naret. Hō em̄ inter alias patiebat̄ q̄nq̄ in/
firmitates.ſ.tumorē ſupbie.cecitatē ig̃rātie.
inſipiditatē in mēte. vulnera tōꝫ culpe ꝛ feto
rem ꝯſuetudis praue. Sꝫ ab ipis infirmita
tibꝫ nos ſaluauit fili⁹ ṽgis p q̄nq̄ remedia
q̄ adduxit. Portauit em̄ carnem de qua fecit
emplaſtrū.ſanguinem de quo fecit colliriuꝫ.
ſp̄um humanū de quo fecit mel dulciſſimum
Animā: que fuit vas vnguentariū. Et diui/
nitatē q̄ fuit balſamū p̄cioſum. Prima igit̄ i
firmitas erat tumor ſupbie.q̄ p̄mo ort⁹ eſt in
celo. Deinde ī terreſtri p̄adiſo.ꝛ tandē ſpar/
ſus ē in toto mūdo. Et iō xp̄s de ſua carne fe/
cit emplaſtꝝ qđ ipm tumorē maturauit ꝛ fre
git. Fit aūt emplaſtꝝ de herbis ꝛ floribus ab
ſciſis: ꝯtritis ꝛ coctis. Caro aūt xp̄i fuit her/
ba ſicut ꝛ noſtra. Iuxͣ illud Iſa.xl. Oīs caro
fenum. Fuit etiā flos.ꝛ h̄ ꝓpter innocētiā et
puritatē.ꝛ fuit abſciſus p mortē. Iſa.liij. Ab
ſciſus eſt de terra viuentiū: ꝛ ꝯtritus p flagel
latiōem. Ibidē. Attrit⁹ eſt ꝓpt̄ ſcelera noſtra
Et coct⁹ p penaꝝ nimiā aduſtiōꝫ. Vn̄ iquit
p p̄s. Oſſa mea ſic cremiū aruerūt. Ecce hu
militatis exemplū.ſupbie medicamētū. Se
cunda infirmitas erat cecitas ignorātie. Et
iō xp̄s de ſanguine ſuo fecit colliriū q̄ ceci il/
luminant̄. Et ꝓpter hoc d̄r Apoc.iij. Colli/
rio vnge oculos tuos vt videas. Iſtud autē
colliriū factū de ſaliua ꝛ terra Joh.ix.id eſt d̄
deitate ꝛ humanitate. Et de melle ꝛ cera.i.de
diuinitate melliflua ꝛ carne incorrupta. Fi/
gura aūt hui⁹ collirij habet̄.j. Regū.xiiij.de
Jonatha.q̄ guſtauit de fauo mellis.ꝛ illumi
nati ſunt oculi ei⁹. Tertia infirmitas erat in
ſipiditas in mente.q̄ ſp̄ualia ſibi deſipiebant
Et iō xp̄s de ſp̄u ſuo mel dulciſſimuꝫ: fec̄ qđ
inſipiditatē hominis dulcorauit. Vnde ait
Ecci.xxiiij. Spiritus meus ſup mel dulcis
Ei⁹ aūt dulcedo nō ſentiebat̄ qn̄ in vaſe cor/
poris clauſa tenebat̄. Sed qn̄ inclinato ca/
pite tradidit ſp̄m: tunc eius dulcedo reple/
uit celū ꝛ mūdū. Vnde canit eccl'ia. Hodie
p totū mūdū melliflui facti ſunt celi. Quar/
ta infirmitas erat vulnus culpe. Juxta il/
lud Iſa.j. Vuln⁹ ꝛ liuor ꝛ plaga tumēs ꝛc.
Et iō xp̄s de aīa ſua fecit vas vnguentariuꝫ
in quo ꝯtinent̄ oīa vnguēta oīm vulneruꝫ ꝛ
infirmitatū. Oīa em̄ vulnera aīe cauſant̄
aut ex infirmitate.aut ex ignorantia.aut ex
malicia. Sed Joh.j.d̄r. Vidimus gloriam
eius.i.gl'ioſam miſericordiā eius.que ſanat
vulnus cauſatuꝫ ex malicia. Sequit̄ paulo
poſt. Plenū gr̄e ꝛ veritatꝫ. Gra aūt eius ſa/
nat vulnus cauſatū ex infirmitate: veritas
ꝟo vulnus cauſatū ex ignorātia. Quinta in
firmitas erat fetor. Xp̄s attulit diuinitatem
tāq̄ balſamū p̄cioſum: cui⁹ odorē ſenſit La/
zarus quadriduan⁹ ac fetid⁹ ꝛ reuixit. Joh.
xj. Eſt aūt p̄ma dies mala delectatio Sc̄da
mal⁹ ꝯſenſus. Tertia malū op⁹ Quarta ma
la ꝯſuetudo.ꝛ tūc hō efficit̄ fetid⁹ corā deo ꝛ
mūdo. Qui ḡ ad odorē iſti⁹ balſami non re
ſurgit: magis eſt inſenſibilis q̄ⷨ mortu⁹ feti/
dus ꝛ imūdus. Propt̄ has aūt curatiōes in
quit ꝓpheta de xp̄o p̄s.cij. Qui ſanat oēs i
firmitates tuas. Et Aug⁹.p̄dicta ꝯfirmans
inq̄t. Magnus de celo venit medic⁹: q2 per
totū mūdū magn⁹ iacebat egrot⁹. ¶ Poſſu/
mus aūt dicere ꝙ q̄dā infirmitas cauſatur i
hoīe ex comeſtione.ꝛ tali mō infirmatus eſt
Adā: q̄ de pomo vetito comedit.ꝛ iō infirmi
tatē mētis ꝛ corpis incurrit. Hoc aūt viciuꝫ
gule hodie in multis dn̄at̄.ꝛ ideo ſepe infir/
mant̄ ꝛ moriunt̄. Scriptū eſt ei Ecci.xxxvij
In multis eſcis erit infirmitas.ꝛ ꝓpter cra/
pulā multi perierūt. Hāc aūt infirmitatē ve
nit ſaluator noſter ſaluare p dietā ieiunādo
quadraginta dieb̄ ꝛc. Math.iiij.vt etiam
nos doceret abſtinere a nociuo cibo.ꝛ gulaꝫ
refrenare: ſi volum⁹ ſani viuere. Qui em̄ ab
ſtinēs eſt adijciet ſibi vitā. Ecci.xxxvij. Se/
cūdo cauſat̄ infirmitas ex nimia frigidatiōe
Peccatū em̄ mortale ē notabilit̄ frigidū.ita
ꝙ ignē diuini amoris extinguit. vn̄ Hiere.
vj.d̄r. Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuā
ſic frigidā facit malicia aīam. qđ frigus pcti
facit aīam pigrā in bono ope.iuxͣ illđ Pro/
uerb.ij. Propt̄ frig⁹ piger arare noluit.i.cor
ſuū ſcindere p ꝯtritōem.ꝛ ſerere p bonū op⁹
Hanc autē infirmitatē ſanauit p ſudorē ſan/
guineum. In ſudore em̄ lachrymaruꝫ homo
frigus inflamatur. Vnde ait Gregorius de
Magdalena ꝙ frigida venit ad xp̄m ſed in

Venit xp̄i vt ifirmitates ſanaret

Infirmitates diuerſimode oriunt̄.

flāmata receſſit p⁹ lacrimas. Ignis igr̄ amo
ris q̄ erat in xpo: ipm ſudare fecit ſanguinē
Vñ Lu.xxij.dr̄. Et fact⁹ ē ſudor vult⁹ ei⁹ ſic
gutte ſanguis ɿc. Et ſic nr̄am infirmitatem
frigidatōis curauit. Tertia infirmitas cau/
ſat̄ ex nimietate ɿ corruptōe ſanguis. San
guis āt nimi⁹ dr̄ abūdātia terrenoꝝ. q̄ ſepe ē
cā pctī. Vñ ps̄. ait. Prodijt q̄ſi ex adipe ini/
quitas eoꝝ. Sanguis aūt putridus dr̄ ipa
carnalis ɔcupiſcētia q̄ aīam maculat. ɿ corā
deo putridā facit. De h̄ aūt ſanguine exponi
pōt illud Iſa.j. Cū multiplicaueritꝭ orōnes
veſtras nō exaudiā vos. Man⁹ em̄ vr̄e ſan/
guine plene ſunt. Et Oſee.iiij. Sāguis ſan
guinē tetigit. Hāc aūt infirmitatē ſanauit p
minutiōem ſanguis ī manib⁹ ɿ pedib⁹ et la/
tere ɿc. Iſtā aūt minutōnem nos facim⁹ qñ
venā oris nr̄i in ɔfeſſiōe apim⁹. Vñ Prouē.
x.dr̄. Vena vite os iuſti: os aūt impioꝝ ope/
rit iniquitatē. Quarta infirmitas cauſat̄ ex
humoꝝ.i. vicioꝝ corruptōe Vñ ps̄. ait. Nō
eſt q̄ faciat bonum nō ē vſq₃ ad vnum. Cor
rupti ſunt ɿ abominabiles facti ſunt ɿc. Et
iſtā infirmitatē ſanauit fili⁹ ꝟginis paſſum
ptiōem amare medicine. de qua ipe ait ps̄. lx
viij. Dederūt in eſcā meā fel: ɿ in ſiti mea po
tauerūt me aceto. Et iō ɿ nos debem⁹ bibere
amarā potiōꝫ ɔtritōis ɿ doloris pctōꝝ no/
ſtroꝝ. Iuxta illud Hierem.xxxj. Pone tibi
amaritudinē ɿc. Que medicina quāto erit
amarior tāto erit ꝟtuoſior ad malos humo/
res expellēdos. De qua exponi pt̄ illud Iſa.
xxiij. Amara erit potio bibētib⁹ eā. Alias q̄₃
infirmitates humanas venit xp̄s ſanare vn
guentis ſue grē. De quib⁹ dr̄ Ecci.xxxviij.
Vnguentari⁹ conficiet vnguenta ſanitatis.
¶ Venit tertiā in mūdū fili⁹ dei pditas ſaluare
Vñ ps̄. ait. De⁹ āt rex nr̄ an̄ ſecl'a opat⁹ ē ſa/
lutē in medio terre.i. humana carne. Caro
em̄ xp̄i non dr̄ terra ſ₃ mediū terre. Natura
q̄ppe nr̄a habuit duplicē extremitatē. vnā q̄
fuit ſb̄ innocētia. Aliā ꝟo q̄ mō eſt ſb̄ miſeria
Xp̄s ḡ aſſumpſit naturā nr̄am cū innocentia
ɿ q̄tu ad h̄ participauit cū p̄ma extremitate
Itē aſſumpſit eā cum miſeria.i. cū penalita/
te. ɿ q̄tū ad h̄ participauit cū ſecūda. Nat⁹
quoq₃ eſt vt reduceret exules ɿ peregrinos ɿ
ideo venit portans ſecū regnū. Propter qd̄
dr̄ Iſa.ix. Et fact⁹ eſt p̄ncipat⁹ ſup humeruꝫ
eius. Iſte aūt p̄ncipatus eſt dignitas regal':
quā portauit vt nos reges faceret. vl' ē onus
pctōꝝ nr̄oꝝ qd̄ portauit vt nos alleuiareꝫ. iu
xta illud Iſa.liij. Vere languores nr̄os ipſe
tulit. Vel eſt crux quā ipſe ſuis humerꝭ por/
tauit. vt nos tāq₃ ad vexillū colligeret. Iux̄
illud Iſa.xj. Leuabit dñs ſignū in natiōeſ
ɿc. Quia igit̄ fili⁹ dei tātū nos honorauit qꝛ
fecit nos ſīles ſibi in creatōe. ɿ fratres ſuos ī
redemptōe. ɿ faciet coheredes ī gl'ificatione
atq₃ humanat⁹ ē p nr̄a ſalute. Iō merito debe
mus eum honorare. ɿ debitas ei grās referre
Mod⁹ aūt referēdi grās aliqñ fit p ſolā vo/
cis expſſionē. Aliqñ p manuū eleuatōꝫ. Ali/
qñ p genuflexionē. Aliqñ p totā corpis pro/
ſtratiōeꝫ. Et h̄ ſignificatū eſt Gen̄.xvij. vbi
Abraā audita futura natiuitate Iſaac. ceci/
dit in faciē ſuā.ſ. grās referēdo. Oēs ḡ nō ſo
lū corde ɿ corpali veneratōne grās puerulo
nato referam⁹: ſ₃ etiā h̄ mōe: dicētes illd̄.iiij.
Re.vij. Hec dies boni nūcij ē. ſi tacuerimuſ
ɿ noluerimus nūciare ſcelerꝭ arguemur. In
terrā q̄₃ nos pſternere dēm⁹ ſaltē corde. vt de
ſua viſitatōe ſibi grās repēdam⁹. Sicut fi/
guratū fuit Exo.iiij. vbi dr̄. Audierūt q̄ vi/
ſitaſſet dñs filios iſrael. ɿ proni adorauerunt.
Legit̄ q̄₃ Ione.iij. q̄ rex indut⁹ ē ſacco. et ſe/
dit ī cinere. ɿ oēs ſui ei⁹ idē fecerūt. Nūc aūt
rex xp̄s ſedit ī cinere: qñ idut⁹ ē carne. Et iō
ɿ nos debem⁹ ei ɔformari ī hūilitate ɿ grās il
li referre tympanū aſſumētes ɿ dī. illd̄ Exo.
xv. Cātem⁹ dño ɿc. In tympano em̄ eſt for/
ma ſperica. pellis raſa ɿ p eā cauſat̄ melodia
Et ſic ī xp̄o eſt diuinitas eīna. caro q̄ fuit cruci/
fixa. ɿ aīa oī iubilatōe plena. Itē tympanum
fit de corio ī ligno extēſo ɿ ꝟga pcuſſo. ɿ cori/
um.i. corp⁹ xp̄i fuit extēſum ī cruce. iux̄ illud
ps̄. Extēdēs celū ſicē pellē. Et pcuſſum diſci/
plina prīs. Iſa.liij. Propt̄ ſcel⁹ ppl'i mei per
cuſſi eū. Iſtū ḡ tympanū dēm⁹ aſſumere per
meditatōꝫ. ɿ ſibi cātare p grāꝝ actōꝫ. iuxta il
lud apl'i.j. Theſ.ij. dicētꝭ. Nos āt grās age
re debem⁹ deo ſp. Itē debem⁹ dicere deo cum p/
pheta ps̄.xxxij. In pſalterio decē cordaꝝ pſal
lam tibi. Per pſalteriū em̄ decē cordaꝝ itelli
git̄ xp̄s incarnat⁹ ī q̄ fuerūt q̄nq₃ corde.i. q̄n/
q₃ vulnera q̄b⁹ oñdit̄ ei⁹ hūanitas. ɿ quinq₃
alie q̄b⁹ oñſa fuit ſua diuīa maieſtas.ſ. nati/
uitas ſupnaturalis. gloria reſurrectiōis ma
ieſtas aſcenſionis. miſſio ſpūſſancti ɿ iudici
aria poteſtas.

¶ Pars quinta huius ſermonis que dici
tur expoſitionis.

Volens aliq̄d moralitatis tāgere cir
ca expoſitōem euāgelij p̄ntis ſolēni/
tatis. dico q̄ p Mariam q̄ illumia
ta interpratur ſignificat̄ aīa a deo inſpirata ɿ
illuminata. que tunc ɔcipit ɿ parit Ihm.i.
ſaluatorem: quando bonum pp̄oſitum cōci/

Veīt xpſ perditos ſaluare

Grās referimus multipliciter

Moralitates circa criſtū natum

pit corde. ⁊ poſtmodū illō ꝓducit in ope Et
iō boni religioſi q̄ a deo inſpirati de itrāda re
ligiōe ꝓfeſſiōꝫ ī ea fecerīt: pñt dicere deo illud
Iſa. xxvj. A facie tua ꝯcepim⁹ ⁊ ꝑturiuimuſ
ſpm̄ ſalutꝫ. Iſtū āt puez ſic ꝯceptū extrahit
de vētre mr̄is auſteritas vite cātās ⁊ iubilās
ī penis ⁊ mortificatōe carnis cū puulo vagi
ente. Paupertas aūt illū pānis inuoluit. hu/
militas ꝟo ī pſepio reclinat. Et iſte tres ꝟtu/
tes ſunt q̄ſi tres optime obſtetrices. Sed o
religioſe: ſi iſtū puulū ī te natū vis nutrire ⁊
fouere: attēde quia eſt inuoluēdus. reclinād⁹
cuſtodiēdus. leuādus. lauādus. deducēdus:
⁊ cibādus. Et ad hec oīa q̄rēde ſunt nutrices
gratioſe ꝟgines. qꝛ eſt ꝟginitatis fili⁹. i. ſpeci
oſe virtutes. Excludende aūt ſunt rugoſe ve/
tule. i. inueterate malicie: qꝛ malo oclo tenel/
lum puulū ſolēt faſcinare Iſte āt bone nutri
ces nō debēt eſſe ſole. qꝛ ꝟtutes ꝯſociāt in cha/
ritate. Ait em̄ ꝓpha pſ. xliiij. Adducent re/
gi. ſ. nato. ꝟgines ī plurali. vt ſcꝫ fuiāt ſedu/
lo officio: poſt eā reginam que ipm̄ de ſpūſctō
genuit. debēt ḡ eſſe gemine ad omnia officia.
Primo aūt inuoluēdus eſt paruul⁹ ſed non
niſi mūdis pānis. Ferāt igit due puelle pā/
nos mūdos. Una pānos abluat: ꝑmittēs ꝙ
eos quottidie lauabit Et hec eſt ꝯtritio que
dicit. Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meuꝫ
lachrimis meis ſtratū meū rigabo. pſ. vj. Al
tera pānos extēdit vt deſiccent ad ſolē. et hec
eſt ꝯfeſſio: q̄ abſcōdita ꝓducit in lucē: dicēs.
Dixi ꝯfitebor adūſum me iniuſticiā meā do
mino ⁊c. pſ. xxxj. Scd̄o ad reclinādū puez
due ſe offerūt. Una lectū parat. ⁊ hec eſt ſan
cta meditatio: q̄ ſternit cor floribꝫ ſcripturaꝝ
⁊ cātat cū ſpōſa. Lectul⁹ nr̄ florid⁹. Canti. j.
Alia puez reclinat. ⁊ hec ē charitas q̄ Ieſum
amplexat brachijs amoris. ⁊ int̄ ſua ſuauiſſi
ma vbera fac̄ eū dormire di. Faſcicul⁹ myrre
dilect⁹ me⁹ mihi inter vbera mea cōmorabit
Can̄. j. Tertio ad puez cuſtodiendū due ſe
offerūt. Una eū cuſtodit a ſtrepitu itrinſeco.
⁊ hec eſt trāquillitas q̄ claudit cubiculū. ⁊ ſi
modicū q̄d ſiniſtꝝ audierit dic̄. Quis es tu
q̄ clamas ⁊ inq̄etas regē: j. Re. xxvj. Altera
eū cuſtodit ab icurſu extrinſeco. ⁊ hec ē emu/
latio q̄ nihil ſiniſtꝝ ſinit intrare ī tota domo
cordis vl̄ corpis. q̄ ſi viderit oculū: aurē vl̄ ali
quē ſenſuꝫ aliq̄d apportare nociuum: clamat
Filij mortꝫ eſtꝫ vos: qꝛ n̄ cuſtodiſtꝫ dn̄ꝫ vr̄m
regē. j. Re. xxvj. Hāc b. Petr⁹ clauiculari⁹
regꝫ nr̄i locat oſtiariā multo meliorem q̄ꝫ illa
quā iuenit ī domo pncipis ſacerdotū. Iohā.
xviij. Et magꝫ ſollicitā q̄ꝫ illa q̄ purgās trit
cū Iſboſeth: obdormiuit. ij. Re. iiij. Quis eſt
(inq̄t b. Petr⁹) q̄ vob noceat ſi bōi emulato/
res fueritꝫ. j. Pe. iij. Aia mea hāc loca ad ia/
nuā cordis ſi vis xp̄ꝫ cuſtodire. qꝛ dura ſic̄ i/
fern⁹ emulatio. ⁊ lāpades ei⁹ lāpades ignis
atqꝫ flāmaꝝ Can̄. viij. Quarto ad puez leuā
dū due ſe offert. vna eū excitat ⁊ euoluit q̄tieſ
ſonuerit horologiū amorꝫ. ⁊ hec ē ſollicita de
uotio q̄ ſingl'a myſteria voluit ⁊ rumiat. q̄bꝫ
q̄ſi pānis iuolut⁹ ē puer nr̄ ihs q̄ amict⁹ ē lu/
mie ſic̄ veſtimēto. pſ. ciiij. Reuela (ait. pſ.
deo) ocl'os me. ⁊ ꝯſide. mira. d̄ le. tua. Deuo/
tio nāqꝫ ē feruor mētꝫ reuoluēs aiaꝫ ī xp̄ꝫ. vñ
ꝓpha ait pſ. lxij. De⁹ de⁹ me⁹ ad te de lu. vi.
Sitiuit ī te aīa mea q̄ꝫ mltipl'r tibi caro mea
Alta ꝟo eū alloq̄t: ſꝫ n̄ niſi de legitia lnia ipi⁹
⁊ hec ē attēta orō q̄ dic̄. Dn̄e labia mea apieſ
⁊c. pſ. l. Hmōi āt vox ē dulcꝫ puulo. ⁊ iō po/
ſtea ſil' cātāt deuotō ⁊ orō. Exurge q̄re obdor
mis dn̄e: exurge ⁊ ne repellas ī finē. pſ. xliij.
Quīto ad puez balneādū due ſe offert. vna
balneū parat. ⁊ hec ē pietas. q̄ vidēs lachry
mātē puez. ⁊ audiēs ei⁹ ploratū: educ̄ aquā
calidā abūdant de fontibꝫ cordis ſui: di. Aia
mea liq̄facta ē vt dilect⁹ locut⁹ ē. Can̄. v. Et
nō ſolū aq̄ abluit ſꝫ vnguēto vngit ⁊ ait. Fa
ctū eſt cor meū tāqꝫ cera liq̄ſcēs. pſ. xxj. vñ il/
li dic̄ puul⁹. Odor vnguētoꝝ tuorū ſup oīa
aromata. Can̄. iiij. Alta ꝟo puez tenꝫ. ⁊ hec
eſt pſeuerātia. q̄ tādiu tenet donec ſibi placu/
erit ī hac lachrymaꝝ valle in aq̄s nr̄e miſerie
balneari: dicēs. Tenui illū nec dimittā Can̄.
iij. Sexto ad puez deducēdū due ſe offerūt.
Una eū geſtat dicēs cū Paulo. j. Cor. vj.
Glorificate ⁊ portate deū ī corpe vr̄o. ⁊ hec eſt
obediētia n̄ coacta. q̄ a poſteriori ſup dorſum
portat onera ꝯ cor. ſꝫ mrīna ⁊ volūtaria q̄ fili
um a pte an̄riori portat ſup pect⁹ delicioſe int̄
brachia. ⁊ ſic vult portari puul⁹ nr̄ Ihs di.
Pone me vt ſignaculū ſup cor tuū. ⁊ ſic̄ ſig/
culū ſup brachiū tuū. Can̄. viij. Alta ꝓcauet
ne gerula offendat ad lapidē ipatientie. ⁊ ſic
ledat puulū q̄cūqꝫ occaſiōe. ⁊ hec ē circūſpec/
tio q̄ iugit clamat obediēti iuſto. Qui ſe exi/
ſtimat ſtare videat ne cadat. j. Cor. x. Cātāt
ḡ he due deducētes puulū. Incipit āt obediē
tia iubilās ī opibꝫ ⁊ dr̄. In manibꝫ portabunt
te. Et rn̄det circūſpectio ꝓcauēs ab exterioribꝫ
ne vnqꝫ offendas ad lapidē pedē tuū. pſ. xc.
Septio ad puez cibādū ſe due offert. Una
eū paſcit. ⁊ hec ē miſcd̄ia. q̄ mēbra ei⁹ reficit.
Un̄ ipe dn̄s ait Mat. xxv. Eſuriui ⁊ dedi/
ſtis mihi mādūcare ⁊c. ⁊ ſbdit. Qd̄ em̄ vni
ex minimis meis. ſ. mēbrꝫ feciſtꝫ. mihi feciſtis.

Hectū nō de furfure cibo porcoꝝ imitatrix
Cayn.ſ ſ3 d̄ ſimila delicatiſſima imitatrix abel
parat polētā.deinde ī manu pueri ponit po/
mū cātās. Oīa poma noua ⁊ vetera dilecte
mi ſuaui tibi. Cañ. vij. Alia ṽo eū lactat et
potat.⁊ hec ē māſuetudo :q̄ de cordis vberib⁹
dulces ſmōes eliq̄t.nōne inq̄t ſapiēs. Ardo/
rem refrigerabit ros;ſic ⁊ ṽbuz. Ecci. xviij.
Hec dic̄ puulo. Dabo tibi vbera mea. Cañ.
vij. Et iteꝝ. Dabo tibi poculū ex vino ɔdito.
Cañ. viij. Ipe aūt puer r̄ndet ei. Fau⁹ diſtil/
lans labia tua mel ⁊ lac ſb̄ lingua tua. Cañ.
iiij. Iſtis aūt nutricib⁹ officiū ſuū dulcit̄ ex
plentib⁹:⁊ nūc reclinātib⁹:nūc excitantibus
nūc paſcentib⁹.nūc deducētib⁹ ⁊c̄.ī ſpūali tri
pudio enutrit⁹;puer Ihs creſcit etate ac ſapi
entia ⁊ gr̄a corā deo ⁊ hoīb⁹ Lu ij. Et tūc di
cere poſſum⁹ illd̄ Iſa.ix. Paruul⁹ nat⁹ ē nob
F ⁊ fili⁹ dat⁹ eſt nob. ¶ Loq̄ndo aūt de xp̄o ad
Quare lrām dico.ꝙ licet ipe dn̄s Ihs hodie fuerit
xps nat⁹ paruul⁹ ɋ̄tū ad etatē.matrē.ſtaturā.famili/
fuerit p/ am.pomū.lectū.cibū ⁊ veſtimētū. Poteſt tñ
uulus dici ꝙ fuit puul⁹ triplici alia rōne. Primo:
q₂ offenſus de facili pōt placari.vt ſ̄.dixim⁹.
Qui em̄ añ dixerat tāq₃ iplacabil'. Ezechiel'
vij. Nō parcꝫ ocul⁹ me⁹ ſup te ⁊ ñ miſerebor
mō dic̄ Iſa.xl. Predicate annū placabilē do
mino. Scd̄o q₂ emēdo facilit̄ decipi pt̄ par/
uulus.vñ aliq̄ꝑ vno pomo dat totā ſuam
hereditatē. Olim aūt de⁹ regnū ſuū valde ca
re vēdebat.q₂ null⁹ ipm emere poterat.nec ꝑ
aliqua graui pn̄ia.nec ꝑ morte aliqua ſ3 mo
do dat ipm regnū ꝑ calice aq̄ frigide. Mat
thei.x.imo etiā ꝑ vna bona volūtate. Vñ i/
quit pſ̄. Deſideriū pauperū exaudiuit dn̄s
Iō deū qd̄ammodo decipimus.q₂ ei⁹ regnuꝫ
quaſi ꝑ nihilo ab eo obtinem⁹. Vñ pſ̄.dicit
deo. Pro nihilo ſaluos facies illos. Et de bea
tis in figurā iteꝝ ait. Pro nihilo habuerūt
terrā deſiderabilē. Tertio dr̄ paruulus.q₂ ad
inſtar paruuli debet a nobis ſpūaliter cōcipi
ꝑ bona ꝓpoſita.⁊ poſtea parturi ꝑ bona opa
vt ꝓdiximus iuxta ꝓallegatā autoritatē Iſa.
xxvj. A facie tua ɔcepimus ⁊c̄. Sed multi
ſunt q̄ aborſum faciūt.q₂ bonū ꝓpoſituꝫ ad
op⁹ nō ꝑducūt.iuxta illud Iſa.xxxvj. Vene
runt filij vſq₃ ad partū.⁊ ṽtus nō eſt parien
di. Dꝫ q₃ nutriri ꝑ pſeuerātiā. ⁊ iō cuilibet
fideli dic̄ de⁹ pr̄ illud Exod.ij. Accipe puerū
iſtū ⁊ nutri mihi. Debet etiā portari ꝑ patiē
tiā.iuxta illud Ecci.vj. Subijce humeꝝ tu/
um ⁊ porta illā.i.ſapiam q̄ eſt xp̄s. Si enim
ipm ſaluatorē portauerim⁹ ꝑ deuotōem in h̄
ſeculo.ipe nos ab angelis ſuis portari faciet i
celū:ꝑhēnit̄ regnaturos cū eo q̄ eſt bn̄dictus
in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Pars octaua hui⁹ ſermonarij qd̄ Ma
riale appellat̄:in q̄ tractat̄ de bn̄dicte matris
dei purificatiōe. Hec aūt ps ꝓprio ac ꝑticu/
lari noīe dedicatio ſanctiſanctoꝝ nūcupat̄

Sermo ꝑmus

Lume ad re/ A
uelationē gētiū. Lu.ij. Ho/
die ſacroſancta mr̄ eccl'ia ſum
ma cū veneratiōe ⁊ reuerētia
ac honore ſolēnitatē deuotiſſimā purificatio/
nis imaculate ṽgīs m̄ris dei ac redēptorꝭ no
ſtri feſtiuis laudib⁹ venerat̄.ɋ̄obrē ɔgruum
videt̄ vt ⁊ nos ſeruuli ei⁹ deuoto mētꝭ affectu
de tāta feſtiuitate memoriā recolam⁹. Vñ q₂
inq̄t ph̄s.j.eth.ꝙ ſmōes inq̄rēdi ſunt ſm ma
teriā d̄ q̄ ſunt.tūc em̄ ſufficient̄ dicet̄ ſi ſm ſb
iectā materiā dicet̄. Iō licꝫ de tā celeberrima
ſolēnitate ſmocinari me i ꝓptū videā: tñ pro
modulo īgenij mei aliq̄d eloq̄ amore eiuſdē
pijſſime ṽgīs de ſcetiſſima ipi⁹ purificatōe co/
nabor. Ait em̄ leo papa ī ſmone de dn̄ica īfra
octauā natiuitatꝭ dn̄i. Nō adeſt nō tacendi
vbi orit̄ difficultas fandi. Marie aūt ad ꝑ/
dicādū de hac feſtiuitate me īducit diui Am
broſij dictū ī li.de ṽginitate q̄ ait. Tal' fuit ma/
ria vt ei⁹ vita oīm ſit diſciplina. Vñ nō ē vl
laten⁹ dubitāduꝫ ꝙ q̄cūq₃ pegit:⁊ maxie dū
puulū filiū ſuū ī tēplo pn̄tauit cū īgēti miſte
rio ⁊ ꝑ oīm hoīm eruditōe pfec̄. Ipa nāq₃ fu
it lumē qd̄ gētib⁹ ī tenebrꝭ cecutiētib⁹ ſole iu
ſticie dei filiū reuelata facie ɔtēplādū oñdit.
De cuius purificatione q̄tuor ɔſideratiōes
faciemus.

Prima dicet̄ illuminationis
Secūda cauſatiōis
Tertia dubitationis
Quarta ṽo appellabit̄ purificatōis

¶ Prima pars huius ſmonis que dicit̄ il/
luminationis.

Forte itelligere deſiderant multi q̄re
eccl'ia ordinauit ꝙ ī iſto feſto purifi/
catiōis ṽginal' portent̄ cādele ī ma/ B
nib⁹ acceſe.ꝓpt̄ qd̄ hec feſtiuitas candelaria Quare
appellat̄. Nō āt ſtatuit h̄ fieri ī annūciatōe cādele ac
q̄ eſt tā magna feſtiuitas ⁊ maior iſta.nec eti ceſe ho/
am ī aſſumptōe q̄ ē maior oīm ṽgīs feſtiuita die portē
tum. Nō etiā ī natiuitate eiuſdē ſ3 ſolū ī pu tur
rificatōe. Videt̄ ei eis ꝙ ſaltē ī aſſūptōe debe/
rēt potꝰ portari cādele acceſe ad ſignificād̄ ꝙ
ſic ī cel' illo die a tota curia celeſti cū hymnis